



**Apologeticus Archeteles adpellatus quo respondetur,
paraenesi, a Re. Do. Constantiensi (quorundam procaci
factione ad id persuaso) ad Senatum pr[a]epositur[a]e
Tigurin[a]e quem Capitulum uocant miss[a]e**

<https://hdl.handle.net/1874/431257>



APOLOGETI
 CVS ARCHETELES ADPELLATVS
 QVO RESPONDETVR, PARAENE ^{ad:}
 SI, A. RE. DO. CONSTANTIENSI ^{fox:}
 (QVORVNDAM PROCACI FA ^{in hui}
 CTIONE AD ID PERSVASO)
 ad Senatum Prepositurę Tigrine
 quem Capitulum uocant missę.
 Per Huldrichum Zuin-
 glium.

Ω κν̄ρι ευόδωσον δ̄η ,

O domine bene prosperare.



REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI

ac domino Hugoni de Hohenlandenberg Episcopo
Constantienti, Huldricus Zuinglius ecclesie Tigurine apud Preposituram Evangelista salutem.



VODAMPLISSIME PRAE

ful iterq; celsitudinem tuam tot negotiorum molibus obrutam scriptis turbo, non arbitror fraudi futurum, quod sciam me coram eo agere cui ante omnia placeat si Christi nomen quod amplissime propagetur, cuius certe negotium ut non est ex hominibus ita per homines irritum fieri nullo pacto potest. Cum vero annis iam ferme sex cum talento fidei nostrae commisso pro virili negociati sumus, ne veniente domino & lucrum exigente sudariolum eo ocioso soloque involutum cum pauore pudoreque proferre iners, Ecce tandem apud celsitudinem tuam deferor ouilis dominici populator esse non custos aut pastor. Quae res ut par erat mouit ut supra quam optus esset splendidam trium doctorum legationem ad nos Tigurum mitteres, quibus doctrinae nostrae, quae non nostra sed dei est, rationem ita apud senatum reddidimus ut nemini non satis factum esse potuerit modo rem iudicio, non adfectu expenderet. Quam ubi in summa tranquillitate, cui unice semper studuimus, positam esse rati sumus coepit quorundam impatientia frendere, non tam quod mali quae quam experti essent quam quod non uicissent, trucidasset, ac omnia solo equassent, occasionemque tumultuandi querere, donec pretextu nos clam & per insidias lacessendi excogitato sui consilij te autorem facerent, ac inuidiam suam tui nominis periculo solarentur, inmemores, consultorem, ueteribus etiam, sacram rem existimatam esse, quo uidelicet ea minus quisquam abuteretur, importunis enim clamoribus & suggestionibus huc tandem te pertraxerunt ut parentem ab omni tum eruditione tum modestia alienissimam ad senatum Canonicorum
a ii nostrorum

nostros; quē Capitulum uocamus mitteres. Ita enim arios
lamur potius quā definiamus, his potissimum causis inducti,
primum quod ipse nihil tale potes, id quod in hāc partem capis
es, quod non quicquid posses etiam si tale quid posses, imò plus po-
tuisses si uel Germanica lingua tuam mentem exposuisses,
deinde quod nihil non pacatum cogitas, hęc autem tumultu
minarumque, tā plena est & turgida ut etiam parere possit si
oporteat, quin peperit iam eum quem cernis celsitudini tue
dicatum libellum. Archetelem hoc auspicio adpellatum, quod
masculus sit, ac omni cōtrouersię quę illis mecum est finem
ut speramus impositurus, ut post hanc primam perpetuo sal-
tem libello congressionem finem ipsi quoque bellandi conten-
dendi que faciāt. Sitque uere principium & finis uniuersę simul-
tatis, quę deum testor mihi cum illis nulla est, adeoque nulla
ut nihil magis mirer quā quid cause illos huc impulerit, ut ubi
tumulti nihil erat, illo mitterent, quod haud secus atque ^{Epist. or.}
pomū contētionē facturę sperarent, ac dissidium. Libere enī
dicam quod sentio. Tota oratione pacis uerbum intonant,
Prophetas eos imitati quos Hieremias taxat quod crebro itera-
rent pax pax & non erat pax, cū nihil opus esset, Tiguri enī
quod ad doctrinam Christi adinet tam pacata sūt omniaque
usque gentium, tam uulgo docti sunt etiam idiotę Euangeliū
ut nolint ullam præter hoc recipere doctrinā, Quod isto cla-
rius accipies exemplo: Cum hactenus fratrum mendicantiū
audacia quicquid in buccam uenisset pro suggestu effutuisset
Vetuit eos Senatus quicquid prædicare quod non ex sacrarum
literarum utriusque testamenti fontibus hausissent. Vnde ad-
paret illis uideri discordiam, ubi unanimiter undique ore ius-
ta Pauli uerbum nomē dei glorificatur. Quicquid spe sua falsi
sunt, nihil enim audita parentesi aliud actum est, quā facies no-
stra uerecundia ruboreque perfusa, dū huius farine homines
in Capituli confessu, oculos in me procacius torquent, ut
cuius caput peti gauderent, quod eis minime inuidebamus
dūmodo tela quibus petebamur non essent fortiora atque erāt.
Ita enim quicquid hic confarcinatum est, ieiunio & rusticitate
squalet

squalet, ut nesciam consultius ne foret omnia contempnisse
an refellisse, nisi sacrarum literarū iniuriā quā ei isti ingerūt
ad auxiliū nos eliciuisset. Nam quotiescūq; uel in manus
eas sumunt ita torquent ut dolorem silentio dissimulare ne-
queant, excepto uno & altero loco, quoties rhetoricantur ita
ineptiunt, ut dedita opera putes risum uoluisse mouere, ta-
ceo solēcissimos & barbarissimos ad quos aures nostrę hoc est
ecclesiasticorum iam occalluerunt. Proinde humanissime
Presul si eos hic uideas paulo liberius acceptos esse nō est qđ
mireris, audacia enim sua & inscicia id cōmeruerunt, postu-
lat idem munus quod obimus nempe ut contradicentes re-
uincamus & more fidelis Abrahami, qui ut Loth captū ab
hostibus audiuit Regum etiā cęde liberauit, sacras literas
iniquius tortas adferamus, opima eo facinore spolia sūmo il-
li Melchisedec haud dubie reposituri. Nam tam& si totum
hoc qcqđ est ad mandata tua respondere uideatur, nolumus
tamen qđ ulla ratione in hanc partem capiatur. Nomen enī
tuum intactum & illibatum ubiq; iubemus esse, quod com-
pertū fermē habeamus ut sicubi de dogmatis Christi sermo
fiat optime de his sentias, ac dissensiones quę forte inter uer-
bi dei p̄cones hac tempestate nascuntur, iubeas eos q tibi à
consilijs sunt cum sūma opportunitate cōponere, quod qđ
probe faciant ipsi uiderint. Rumor tamen est quosdā ex eis
non omnia ex tua sententia facere, sed ex animi sui morbis,
id quod in hac parēsi nemo non factum uidet, in qua nos
mini nostro in eum tantum usum parcitur, quo respondendū
occasio amputetur, cum tamen interim molestissimis sus-
spitionibus undiq; petamur ac tantū nō obruamur. Quan-
to dexterius erat, per turam equitatem oro, si quid à pietate a-
lienum docueram ut isti uideri uolunt, aperto mecum mar-
te congredi & nominatim ostendere scripturę autoritate ubi
& quid peccatum esset: nunc cum tam atrocibus querimo-
nijs omnia implent, quid aliud qđ uniuersam doctrinā Chri-
sti quam tāto sudore predicauimus in dubium ac suspitio-
nem uocant: satisfactionem nullam recepuri, eā enim si au-
dire unq; statuissent, non se sepiarum ritu in atrorem suum

abdidiſſent, quem tamen eius auxilio cuius res agitur ita co-
lauimus depurauimus perſpicuūq; reddidimus ut eorū mē-
tes omnibus pateant, nomina tantum deſiderētur, quę ſi ex
inſidijs ut ceperunt nocere pergant, prodere quoq; uſus co-
get. Malo tamen cum quiete permittant me, mee fidei com-
miſſis ouibus, coeſte pabulum adponere, ſaginare, caritas
tis igne concremare, quam ut ſtrophis & contumelijs ad uin-
dicandum à literarum ſuauiſſimo prouocent ocio. Non eg-
dē inuidebimus eis ſi genium ſuum rixis amenare iuuet ut
quibus cum opportunum erit perpetuo ſi lubet contendant
mō nos minime adoriātur, altercādi ſaltē animo, admonē-
di autem diſputandiq; copia omnibus horis eis facta, modo
ſacram ancoram ſacras literas eſſe ſinant, quibus fidem non
habere perſidiſſimū ac impiſſimum fuerit, et cominus nobi-
ſcum manus conferant, qđ ſi ſecus fecerint, licebit & nobis
προς κριτα κριτιξεν. Hęc autem optime Preſul ſi quis arrogan-
tiora dixerit eum obſecramus, ut ea ſecum reputet, quę ipſi
nobis cum reputauimus tam diu donec ſpiritus ille diuinus
id confirmauerit quod in nobis operatus eſt. Hęc uidelicet.
Quum uidemus humanum genus per omnem uitę curſum
de ſœlicitate, poſt indiſcēda, anxium ac ſollicitum eſſe nō
tam naturę diligentia q̄ cupiditate uitę, cuius ſpiraculuū iā
inde ab exordio creationis faciei noſtrę inſpirauit opifex de-
us, nec tamen paſſim obuium eſſe qua nam ratione poſſit ea
inueniri. Ad Philoſophos enim ſi cōuertatur, tanta inter eos
eſt de ſœlicitate diſſenſio ut neminem non illorum pigeat.
Si uero ad Chriſtianos, multo plus apud quosdam eorū in-
uenit perplexitatis & errorum q̄ apud gentiles, alijs per hu-
manas traditiones & huius mundi elementa ad eam contēn-
dentibus hoc eſt ſuo & humano ſenſu, alijs ſola dei clemen-
tia pollicitationibusq; nixis, utriſq; tamen, omnibus (quod
dicitur) unguiculis, ut ſua opinio recipiatur laborantibus.
In iſto inquam biuio poſitus q̄ me uertam: ad homines nec
ſi dicas, ad homines inq; excipia, ad eos ne qui olim recente
adhuc Chriſtianismo ſapientes habiti ſunt, an ad eos q̄ patu-
lo ante

lo ante hanc nostram tempestatem desipuerunt potius quam
sapuerunt; Hic sudabit aduersarius ac obmutescet haud se-
cus ac Iudeorum principes à Christo interrogati, baptismus
Ioannis unde nam esset, ac si uehementius premas, concedet
ad ueteres ut quibus tum ob uetustatem tum uitę sanctimo-
niam plus tribuat. Cum autem hic quoque addas: Et apud
istos non nihil inuenire licet ab Euangelicis Apostolicisque li-
teris alienum, aut dissonum. Vtris igitur censes accedendum?
Respondebit nisi stipes sit aut belua, quod si quę sunt spiritu dei
dicente prodita, ea enim quę sunt humana sapientia etiam
splendidissime fucata & adornata, fallere possint, quę uero di-
uina, minime. Hic fidei neruus requiritur quo si quis careat
labascet, languebit, concidet. Hęc inquit optime Presul dum
ipse mecum assidue uerso deumque precor ut exitum ambigē-
ti monstrer. Quin fatue inquit hoc cogitas ueritas domini
manet in eternum ei que ueritati adhereas, & cœlum & terra tran-
sibunt uerba uero mea non transibunt, humana abolebuntur,
diuina immutabilia sunt, & Frustra colunt me docētes doctri-
nas & precepta hominum quasi deum parere nostris consi-
lijs oporteat, ut si quod ipsi inuenerimus quod prima facie pul-
chrum honestum, uel etiam sanctum esse adpareat, protinus
ei placitum sit, ac non potius hoc agendum ut toto semper
pectore ab illo pendeamus non à nostris placitis aut inuen-
tis, more inertium seruorum qui et multis uapulabunt dum
neglecta domini uoluntate suam faciunt. Vnde cunctis
posthabitis huc tandem ueni ut nulla re nullo sermone tam
fiderem atque eo qui ex ore domini prodijt. Cūque miseri mor-
tales tam sui quam dei obliti conarentur sua pro diuinis uendis-
tare, cepi mecum querere nūnam ratio aliqua inueniri pos-
sit, qua, utrum humana an diuina prestantiora essent depre-
henderetur, presertim, quum non paucos uiderem omnibus
neruis à simplicibus exigere, ut sua pre diuinis acciperentur
etiam si dissona essent etiam si contraria, querentique id in me-
tem uenit omnia in luce clarescent ea scilicet quę dicit: Ego
sum lux mundi, quę & illuminat omnem hominem uenien-

tem in hunc mundum. Ac rursus illud: nolite omni spiritui credere sed probate spiritus an ex deo sint. Et dum lapidem inquirō non inuenio alium q̄ lapidem offensionis & petrā scandali, ad quam offendunt, quotq̄t Phariseorum more ir̄ritum faciūt p̄ceptum dei propter traditionem suam, His itaq̄ in hunc modum comparatis, cepi omnem doctrinam ad hunc lapidem explorare, & si uidiſsem lapidem eundem reddere colorē uel potius doctrinam ferre posse lapidis claritatem, recepi eam, sin minus reieci. Tandemq̄ factum est ut prima statim delibatione sentiscerem, si quid impositum esset, & admixtū, nullaq̄ iā uī nullis minis adigi potui ut humanis, quantū uis turgerent aut magnifica uideri cuperent equam atq̄ diuinis fidem haberem, quin si qui sua quedam diuinis minime conformia imō contraria recipi p̄ciperēt, ogganniui hoc Apostolicum, deo magis obedire oportet q̄ hominibus, donec n̄ q̄ de suis optime sentiūt de ijs que Chriſti sunt nihil aut parum, de nobis pessime sentiant, id qd̄ certissimo inditio nobis est, deo istuc esse q̄ gratissimum, mihi uero saluberrimum. Ve enim uobis inquit cum benedixerit uobis omnes homines, & beati eritis cum uos oderint homines, exprobrauerint & eiecerint nomen uestrum tāq̄ malū propter filium hominis, & nomina uestra scripta sūt in cœlis. Quāobrem si quando emuli nos apud celsitudinem tuā deferant, quod humanas traditiones uel parum curem uel cōtemnam, scias hinc fieri quod diuerſas esse explorauerim & contrarias diuinis, nec ueriturum quid mihi faciat homo, nā si nomen explodat certus sum clarum futurum apud deum, nec enim dei nomen clarius unq̄ sanctificabitur q̄ si nomē nostrum apud homines pessime audiat. Et si corpus occidat animam perpetue uite restituet. Ad hūc thesaurum puta ad certitudinem uerbi dei dirigendum est cor nostrum, hūc enī non uetustas non tinea in nihilum redigere potest, Titulos, apices, imagines, aurū, uestes, epulas, currus, mulas, potest. Viden quid me coegerit istorum exanguem pargensim refelere: hoc nimirū quod uideam luce clarius adparere ex ipsa
oratione

oratione, que Christo etiam teste certissimus cordis est nūc
cius, quid de diuinis sentiant quid de humanis, ac dum quis
escere non possunt nec herbescentem Christum adolefcere p
mittere uolūt, uulgo uerba eorum cognoscantur, quo com
modius cauere possint, quos ne ipse quidem damno, sed do
minus per Ezechielem inquitens: Ve Prophetis insipiētibus
qui sequuntur spiritum suum & nihil uident, Quasi uulpes
in deserto Prophetę tui Israēl erant. Nō ascendistis ex ac uers
so neq; opposuistis murum pro domo Israēl ut staretis in
prelio in die domini. Vident uana & diuinant mendacium
dicentes ait dominus cum dominus non miserit eos & per
seuerauerunt confirmare sermonem. Nunquid non uisio
nem cassam uidistis & diuinationem mendacē locuti estis?
Et dicitis ait dominus, cum ego nō sim locutus & cetera que
cap. 13. scripta sunt, Ex quibus quidē uerbis quis non uidet
hoc hominum genus tangi quod ore dicit domine domine
& templum domini templum domini, corde autem ad hoc
respicit si quis per templum peierauerit reus non est sed si p
aurum templi, & ad istud si quis per aram peierauerit nihil
est sed si p hostiā arę impositam hic preuaricator est, cum tar
men interea uideri etiam uelint diuinę legis, Euāgelij, nos
minisq; diuini esse propugnatores. Quāobrem celsitudinī
tuę abstinendum est ab illorum tum consilijs tum congressi
bus nī sumo uelis ludibrio exponi, non dicam hic q̄ inciuis
liter tractauerint paucis ante diebus, uiros quosdam pios ac
ueros Christi p̄cones, tāetsi eam importunitatē ipse nō mā
daueras, uulgo tamē id nescitur, crediturq; omnia tua auto
ritate fieri & imperio, quod non parua te labe posset aliquan
do respergere inscium etiam. Res enim ista non imperio pa
genda est sed literarum sacrarę patrociniō, nam quanto ma
gis imperio premes, tanto te reddes odiosiorē cunctis, scri
pturam sacram ducem ac magistrā esse oportet, si quis res
c̄te usus sit impunem esse oportet etiā si doctore uelis istis ma
xime displiceat, alioqui tristitia nimis aliquando nobis eueni
ent, sacrarum enim literarum eruditio nō solum in labijs ho
die

die sacerdotum habetur sed in uniuersę tantum nõ plebıs.
Vnde nihil agendum quod imperium potius q̄ rationē aut
diuinam mentem redoleat, nihilo plus eni efficeretur q̄ Pau-
lus efficeret quum cõtra stimulum calcitraret, maius enim est
(ut interim diuinam mniestate taceam) Euangelij studium
q̄ quod unius uel alterius diuexatione sopiri possit aut ex-
tingui. Et si q̄rundam iniquitate aliquãdiu opprimeretur
maius tandem erumpens daret incendiũ. Cautum igitur te
esse oportet & catum, ac à domino petere ut uias tuas diris-
gat. Ac ut tandem finiam boni consulere si rei quiddã dece-
dat, modo Christo accedat. Sic enim gentem Landenbergi
am clarissimam reddes animãq; tuã deo gratissimã, id faxit
deus optimus Maximus, Amen. Totum qd̄ hic agitur te p̄
Christum oro susq; decq; feras, dissimulari enim amplius nec
potuit nec debuit qđ inuidiam suã qdam contra Christum
eiusq; doctrinam tua potestate armarent. Captui diu an ali-
quis ex uniuersa Diocesi esset in arenam illos prouocaturus
ne perpetuo erecto collo incederent, ac ubi nemo uisus est
ipse prodij, utinã ^{in uicinis} & ut in Christi gloriam cedat, qui
celsitudinē tuã diu seruet incolumē, quã nos qđq; ualere opta-
mus. Ex Tiguro. XXII. die Augusti, Anno, M.D. XXII.

Huldrichus Zuinglius ecc-
lesię Tigurine apud Prepo-
situram Euāgelista tuus ex
omni parte.

Cum Calchographus, recens ceperit latinis typis scribere
Graecorum autem integram supellectilem non dum habeat,
factum est ut crebri admodum errores inciderint, è quibus
eos modo correximus, ad quos iniquum erat conuere.

b facie. 8. uer. 20. exponere. c. facie. 3. uer. 10. clamat. lbi. ψ .
. 16. contradicentes. lbi. Ioannes. lbi. 18. doctrinas. lbi. uer. 33
impellendus. c. fa. 4. uer. 4. augustiorem. c. fa. 5. uer. 2. spiri
tū. lbi uer. 11. sanem. lbi uer. 17. compulsi sunt insueta arma
undecūq; sumpta tra. c. fa. 7. ψ . i. tun. lbi uer. 10. dicetis. d. fa
cie. uer. 1. 13. deferūt. lbi. uer. 15. librarent. lbi. fa. 2. uer. 9. iu
dicat. lbi fa. 5. Carthaginibus. lbi fa. 5. ψ . 1. 16 $\kappa\alpha\theta\omicron\upsilon\tau\omega\sigma$. lbi.
fa. 6. uer. 5. serant. paulo post. seruntur. e. fa. 6. uer. 1. exciuit.
. e. fa. 7. uer. 8. institutus. e. fa. 8. uer. 20. ergo. f. fa. 1. uer. 19. ad
probarat. lbi. uer. 33. germanis. f. fa. 6. uer. 14. magisteriū. f.
. 7. uer. 28. obstrepas. g. fa. 3. uer. 1. errorem. lbi. fa. 4. uer. 28.
fiet. lbi fa. 8. uer. 6. pro libidine. h. fa. 4. uer. 5. cogemur. lbi
uer. 3. à fine. iudicari. l. fa. 3. uer. 16. tempestate quidam. lbi ψ
17. in Christum ipsum seuerint. lbi. fa. 7. uer. 9. dicturus est.
lbi. uer. 10. repententur.



VGGO DEI ET APOSTOLICE
sedis gracia Episcopus Constan. Ve-
nerabili. et honor. nobis in Christo sin-
cere dilectis Preposito et capitulo eccle-
sie collegiate prepositure sanctoꝝ Feli-
cis et Regule Turicen. nostre Diocesis
Salutem & sinceram in domino chari-
tate. * Accepimus iam dudum charissi-

mi per uniuersam fere Germaniam quosdam esse qui diu no-
struꝝ clamant populum Christianum plus equo hactenus
grauibus & onerosis constitutionibus, obseruantijs & cere-
monijs ab ecclesie presidibus oppressum, unde tales totis ui-
ribus conantur reiectis et abolitis ceremonijs * hoc aureo se-
culo (ita enim aiunt) quo Euangelium demum illucescere mor-
talibus incipiat comunem populum ad * Euangelicam liber-
tatem reducere. Cum autem ex agro dominico (quas * cicaniam
apellant) humanas constitutiones euellere nituntur huius-
modi, heu cernimus ob oculis simul & triticum eradicari.
Nonne enim ex illo ortu sunt contentiones odiosae & res to-
ta exemplo muliercularum iniurijs peragitur. Nonne unus
quosdam iam dicit: * Ego sum Pauli, ego Cephe, ego uero Apol-
lo. Nonne denique accidit quod euenire solet iter oues dum
caeca nocte * predador lupus irruerit fugiunt, pars haec fauces
lupi nescia incurrit, haec in oppositum parietem impingit, pars
haec incerto uagatur attonita. Non aliter spiritu quodam uer-
tiginis hodie agitur coetus ecclesie, pars palpat ueluti in
tenebris ignorans quo petat, pars ambulat in circuitu, pars
sistit expectans lucem ueritatis certam de tenebris splendescere,
pars neque scit neque nouit quicquam agere. Nihilominus ipsa
et agentes utrinque ridens subsannat & diiudicat. Alios quod
ad hoc faciendum rapiunt et tranuersos agunt passiones ua-
rię, pessime, consiliatrices, ira * odium, inuidia, ambitio et simi-
les adeo ut pro personis persequendis sincerus amor pacis,
& serenissima ueritatis amicitia deseratur aut impungnen-

b

tur

tur, quo facinore quid execrabilius cogitari potest, quosdā
uero uidere est qui tāta animositate suis aut ceptis aut con
8 sultis adherent, ut nullis ad oppositū uel rationibus, uel pijs
persuasionibus flecti possint, malunt omnia secum ruere om
nia frangi uel turbari q̄ pedem retro flectere, à uia sua etiā
in uia. Irascuntur deniq̄ tales odio immortalī contra omnes
quos uel uident uel audiunt nō modo aduersari sibi, sed nō
plenis uocibus & totis assentire sententijs. Qd̄ quantam affe
rat reipublice Christiane labefactionem, quantam pernitiē
indicer Christianus quilibet. Quā enim ratione fieri potest
ut in tam contrarijs tanq̄ * diuersis iudicijs concordia possit
9 restitui, Cum nuncq̄ per contentiones pax aut quiesita aut
* inuenta, cui enim sententię interim cessurus est simplex po
10 pulus: quam amplexabitur? quā probabit, qui d̄ aget: quo
se uertet: potissimum dum spreta omni Euangelica mansue
tudine et charitate doctos * uidet et indoctos uicissim se dire
11 impetere & misere lacerare, ut quilibet sibi proximū in hac
materia non consentientem, extra nauem ecclesie tanq̄ er
12 13 rantem & hereticum * deicere contendat *, Dum etiā audi
at ex aduerso uoces extra omnem Christianam pietatem cū
iniuria, contumelia, & opprobrio plenas, quibus alter altere
incessit & infectatur & demum sequatur qua sua uoluptas
14 quenc̄trahit uel sua passio rapit. * Hęc mala cum uideat fi
delis minister cui obtigit in tam infausta tempestate, in tāta
malore mole, esse dispensatorem, unicā scilicet Christi sp̄s
sam, non in una parte, sed intus et extra undiq̄ uulneratam
atq̄ letali uulnere sauciatam, quibus non doloribus premi
tur: quibus non anxietatibus urgetur: cum interim quid ag
gendum sit nesciat. Si enim loquitur ut amor sponse mater
nicę doloris necessitas inuitat, timende sunt rixę & contens
tiones, Imō et seui morsus odiorę & infamię q̄bus non ab
15 altera partium sed ab utrāq̄ lacerandum se obijcit. * Si uero
mauult sequi consiliū propheticum Amos, uir prudēs inq̄
in illo tempore tacebit, quia dies mali sunt. Et qd̄ Ezechielis
uisio habet lugere & gemere super cunctis abominationi
bus

bus que fiunt. Vel cum regio Propheta requiescere in solitudine dum est contradictio in ciuitate. Obsistit Evangelica ueritas, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor cuius non sunt oues proprie, uidet lupum uenientem & fugit. Cum itaque & nos ex his ministris sumus qui in hac periculosa tempore incidimus, & assidue uideamus augeri mala, turbari pacem, & scandala multiplicari in ouili domini cum infectione nouorum errorum non minus periculosorum quam fuerint priores, & pax interim, quam magno desyderio diu expectauimus non ueniat sed turbatio. *Compellit nos zelus domus dei cui in parte uigil est custos, Ordinati sumus zelus fidei quam in baptismo tuenda iurauimus, zelus presertim schismatis in quo anxie laborat sanctissima mater nostra, ne amplius dissimulemus aut tardemus, sed importune & opportune laboremus, Ut unitatem a domino & per apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus obtinere curemus & palabundas & errantes oues quas quondam peruicax factio & heretica tentatio a matre secerant, in ecclesiam colligamus. *Quapropter uos fratres cohortamur atque secundum domini & Euangelij eius magisterium rogamus uigilate contra diaboli insidias & pro uestra imò totius dominici gregis salute, contra hanc mortiferam fallaciam diligentius excubate. *Instauratur enim uetus contra ecclesie unitatem impugnatio, renouatur sacrilege solitis insidijs denuo machinationes. Nonne hic apparet ueteris factio hereticorum, nonne maledicta plantatio quam non plantauit pater celestis hoc indicat, quibus hijs olim fomentis capti osis dolis, quibus hortamentis simplices a medela uulneris sui auocauerint scilicet, Ne cum suis Episcopis & sacerdotibus concordarent, ne ecclesiasticam disciplinam cum fide & quiete iuxta precepta dominica continerent, ne professionis Christiane gloriam quae in obedientia & concordia fundatur incorrupta & immaculata conuersatione seruarent. Eadem nunc ratio, eadem rursus euersio per quosdam ad ruinam salu

tis inducitur, ut amplius non rogetur deus, nec qui negauit
Christū, eundem quem negauerat deprecetur, ut post culpā
criminis, tollatur & poenitentia. Ne per Episcopos et sacer
dotes dōmīno satis fiat, sed relictis domini sacerdotibus cō
tra *Euangelicam disciplinā noua traditio sacrilege institur
tionis exurgat. *Et ne nulla obmittant diaboli machinamē
ta, ad simplicium perniciē qd' intermissis precibus & oratio
nibus quibus dominus, si quid monstrosū & foedū est
in ecclesia longa & continua satisfactiōe placandus est es
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
gros & fauos *ad capiēda fortia consilia exitiosam scilicet
temeritatem mendatio captiosę pacis inuitant qd' heu tēpor
ra nostra plane indicant, quibus obedientię paci & tranquillit
tati nullus est locus. Seditiōni autē contentiōni et persecuti
ōni omnia exacerbata uidentur. Hinc rursus admonemus
dilectissimi ne pñitiosis hijs uocibus temere credatis ne fal
lacibus morbis, consensum fallacię cōmodetis, ne pro reme
dio uenenum, mortem p salute sumatis, *neq; enim uos sa
pientia illorum, qua ubiq; se spiritum domini habere pr edi
cant, aut fallat auctoritas, *adulterinis enim doctrinis eccle
siae pudicitiam rumpere & ueritatem Euangelicam uiolare
conantur. *Clamat et dicit dominus: Nolite audire sermo
nes Pseudoprophetaꝝ, quoniam uisionēs cordis eorū fru
strantur eos, loquuntur, sed non ab ore domini, pax erit uos
bis, pacem nunc afferunt qui ipsi non habent pacem, liberta
tē promittūt cum sint serui corruptionis, in ecclesia lapsos
& multis oneribus grauatos reducere & alleuiare pollicen
tur qui de ecclesia recesserūt, ad lucē reducere conantur uos
qui ambulat in tenebris errorꝝ, et *cibum Euangelicum os
mnibus ministrare spondent qui exitiali fame cruciantur,
à uia domini quam didicistis à cunabulis, nemo uos errare
faciat, nemo uos Christianos ab Euangelio ab ecclesiastica
disciplina * & pijs antiquorum traditionibus rapiat nemo
uos filios ecclesię de ecclesia tollat, pereāt sibi soli qui perire
uoluerint, extra ecclesiam soli remaneant qui de ecclesia res
cesserunt, soli cum Episcopis non sint qui cōtra Episcopos:

rebellant. Acq̄ſcite conſilijs noſtris qui pro uobis domi- 33
 no rationē dare cogimur & parati ſumus, & ab eccleſia quā 34
 haecenus credidiſtis ab eiꝫ ſacerdotibus non recedatis, cū
 ſcriptum ſit, Homo quicunq; fuerit in ſuperbia ut non au- 35
 diat ſacerdotem aut iudicem quicunq; fuerit in diebus illis, 36
 moriatur hō ille, * uolumus nihilominus imō hortamur 37
 ut prædicetur Euāgelium, ſciatur & ſeruetur, modo à grege
 & unitate eccleſiaſtica ſine quā Euangelium eſſe non pot, 38
 neminem ſeperet, unus eſt Chriſtus & una eſt eccleſia & * Ca 39
 thedra una ſuper petram uoce domini fundata, aliud altare 40
 conſtitui ac nouum ſacerdotium fieri præter unum altare &
 unum ſacerdotium nō potest. * Quisq; alibi collegerit ſpar- 41
 git * adulterum eſt, impium & ſacrilegum qd̄cūq; humano
 fauore inſtituitur ut eccleſiæ diſpoſitio uioletur. * Maiorē 42
 traditiones, obſeruantias & ceremonias non ita repēte dei
 cere & hoſtilit̄ impugnare ratio dicit, nec ſiradet naturalis
 pietas q̄ maioribus noſtris merito affecti eſſe debemus. Ne
 q̄ enim hic audiendos eſſe conſentio, * qui ob id ſolum cere 43
 monijs & patrum inſtitutis repugnant, qd̄ dicant eſſe inuen- 44
 tiones hominū, nō ex ſpiritu dei, ſed ſomnijs & minus ſin-
 ceris animis, in onus & grauamen Chriſtiano populo im-
 poſita * quaſi nō poſſit idem ſingi in traditionibus Apoſto- 45
 loꝝ & generalium concilioꝝ, * ceſſent ergo huiusmodi cō- 46
 tumelię, abeant ſiniſtre de bonis patribus * quos uita pariter 47
 & doctrina cōmendat, ſuſpitiones, quaſ nec minimus illo-
 rum de ſe uellet habere, Inuitet etiā ad ceremonias eccleſiæ
 ad * tempus ſaltem ſeruandas cōmunis utilitas, ſic enim pe-
 rir̄et omnis ordo * politicus, ſi ea quę ſunt cōmuni * aſſen-
 ſu cōcluſa aut * ſaltem accepta, quilibet pro capitis ſui monu-
 uel inculpare uel ad * nouam cenſuram retrocare cōtenderet
 ubi enim ſuit unq̄ tam concors ſententia quę non carpi poſ-
 ſit alijs amore, alijs ignorantia, alijs ſola cōtrariandi proter-
 uia aut pruritu nouas res moliendi actis. Aequū eſt iccirco
 legibusq; et conſuetudine ſancitum, ut in ore * maioris par-
 tis ſitet omne cōmunitatis iudicium, in hijs ſaltem quæ * di-
 b iiii uing

uine legi nō repugnant sicut est in proposito. Alioq si cui li
ber liberum esset obniti, nihilo plus ageretur q̄ si inter * nau
cleros eiusdem nauis odiosum continuaretur iurgium, illis
uelum tēdere, istis relaxare, alijs in dexteram, alijs in sinistra
conantibus deliberatione enī maioris partis exceptata, nō
ne consultius est ei opem ferre uel saltem pertinaciter nō ad
uersari & ita portum * qualemcūq; attingere, quā sub du
bia spe melioris portus confundere omnia certissima sediti
one. Deniq; qd ueri similis est decipi uel * unum, uel unis
uersos. Quid probabilius falli paucorum conscientias uel
omnium? Esto illis appareant uel forte * sint saniora * cōsilia
nihilominus ad cōmunitatem cuius sunt parua pars,ambu
lantem sine anime iactura in opposita sententia, Quid prod
est * tractus iste pertinax aliorum? quid parturit. q̄ contenti
ones, scandala & disturbia. Esto etiam qd errauerit uniuers
sitas aut instituyendo aut acceptando ritum hucusq; seruatū
& ut est humana ignorantia & infirmitas aliqua se religioni
Christiane imiscuerint Euāgelio & sacre scripture nō admo
dum conformia, hoc tamen exigit Christiana pietas, quā os
mnibus omnia debemus, in edificationem magis * condes
cendere pie errantibus saltem modicum, quā omnia tam
euidenti turbationi & seditioni exponere, quippe ad hunc
intellectum enunciatum est, cōmunis * error facit ius. Quē
admodū ergo beatissimus papa noster felicis memorię Leo
decimus & serenissimus Romanorum Imperator Carolus
quintus nuper * huiusmodi noua dogmata damnauerunt
& damnata publicis mandatis declarauerunt tanq̄ illa quæ
sint contra ecclesiasticam dispositionem, contra Euangelicam
legem, institutionis Euangelicę unitatem. Ita uos q̄s
nobiscum spiritus sanctus posuit * regere ecclesiam Christi
quam acquisiit * sanguine suo, corhortamur per eam quam
quilibet Christianus de imaculate sponse sue ecclesię sceda
scissione compassionem gerit. Vt hec dogmata postponan
tur abijciantur interim non predicentur, disputentur aut do
ceatur uel publice uel occulte, nihil etiam * alteretur, imūte

tur, aut innouetur circa ecclesie ritum * donec illi quorum
interest de ecclesie negotio conueniant & collatis consilijs cu
disciplina pariter & misericordia temperatam figant senten
tiam & scripturam * conferant inter se, & sic omnes in domo
domini ambulemus uno animo, uno passu, una uia donec
occurrat nobis pax uera in eo qui fecit utraq; unum in Chri
sto Iesu domino nostro. Petimus deniq; at interim affidere p
uos uobisq; commissos domino fundantur preces qbus * iu
sta satisfactioe placetur & commissor; delictorum quibus hec
demeruimus crimina abluantur. Rogate que ad pacem sut
Hierusalē ut benigne faciat dominus in bona uoluntate Sy
on ut edificentur muri Hierusalem, hec inq; sut uenerabiles
achonora. nobis in Christo charissimi qua; in huius saculi
tumultu * ad uos paterno affectu moti perscribere decreu
mus, Vos per uiscera misericordie domini nostri Iesu Chri
sti rogates ut in unitate sacre * matris ecclesie & superiorum
obediētia maneatis neq; ritus ecclesiasticos a maioribus no
stris introductos tam cito abiiciatis, Id quod de uobis indu
bie speramus & nobis firmiter pollicemur. Deus optimus
maximus * ecclesiam suam in pace uosq; incolumes seruire
dignetur. Amen. Datum Constan. die uigesima quarta me
sis Maij, anno Domini millesimo quingentesimo uigesimo
secundo.

Ad uos mihi nūc sermo uertendus est qui id orationis qe
qd est parturistis mensibus plus minus duobus. Nomi
bus uestris libens & uolens parcā ne apud bonos male au
diat, ne ue plus equo uos irrite q; spes est aliqñ desertis as
nis ad bores transituros, ab hoedis ad oues, nō qd illa igno
rem, aut ridenda uulgo non possim obijcere, Sed qd ad Chri
sti doctrine pfectū id cōducibilis arbitrer, sit licet de alijs q;
uobis autoribus oritura suspitio qd hunc foetū pepererint,
malui tamen uestris nominibus parcitum q; quorundā ma
le procacibus suspitionibus satis factum esse, ita enī uos tra
ctabo quo modo me minime tractaretis si Euangelij partes
uestro

uestro more tractarem, uestratibusq; armis defenderem, De
um autem precor ut mentem meam ita illustret et dirigat ut
nihil non se dignum dicam, uestram autem ut omnia dexte
re accipiatis, ut omni contentione abiecta in unum corpus
Christi simul coalescere possimus & idem sentire in domi
no Iesu Amen.

Principio igitur quid opus erat me Heluetium & apud
Heluetios Christum profitemem huius tumultus in simulare?
cum id solum in Germania fieri dicatis & Heluetij inter Germa
nos non censeantur, nec tamen interea totum fere mensem
captas rescire potui quod similem pargensim ad ullos uspiam
in Germania miseritis, ut quid medelam non adplicatis mor
bo? nescitis Christum dixisse eos qui recte ualere non opus
habere medico sed qui minus adparet igitur mihi cantilenam
istam cani, prudentiores enim uos puto quam quod medelam ad
ponatis membro quod egrotare non existimetis. Verum hic
non nihil gratie uobis debeo quod in genere placuit nobis aus
rem uellicare, nisi forsitan hac causa id fecistis ut ansam respon
dendi amputaretis, quam preberi hoc pacto magis puto, ne
scilicet perpetuo hoc pretextu uti pergatis ludibrioque exponatis.
Quod autem ad rem ipsam atinet non adeo indignie fieri putatur si quis,
Christi miseras oues constitutionibus onerosis & obseruati
onibus premi queratur, hoc enim aliquando fecit Moses uir factus
Exodi. 2. ita ut Israelitam occiso Aegyptio liberaret & omnem
tandem populum ex captiuitate abduceret, uerum quid tam
uetusta commemoro? Cum Christus ipse ad misericordiam mo
tus sit cum uideret turbas non secus negligi ac oues abiectas
& solutas quae pastorem non haberent, adeo ut mox suos in
hunc modum sit adfatus, messis quidem multa est sed opera
rij pauci, iussitque ut oraret dominum messis, quo confestim
mitteret messores Ma. 9. nec secus Paulus qui per fratribus Israe
litis optauit execratio fieri ut eos aliquando oneris suae legis ac
ceremoniarum pigeret Ro. 9. Negari ut arbitror non potest, hu
manarum constitutionum tantam esse farraginem ut sexcentis
si boues Cyprii ad exedundas eas non sufficerent, nec id in
iuria

iria: cum quisq; sibi permissum esse putet nouas fingendi
pro libidine dum nemo obstat, nemo resilit, ut iam tantū nō
hoc tyrannicum apud eos receptum sit. Licet qcquid liber,
cū tamē ē diuerso Christus caueat dicēs: Frustra colūt me do
centes doctrinas et p̄cepta hominum Math. 15. Si igitur a
pud deum hęc nobis nihil profunt, sed premunt tamen inte
rea miseras oues adeo, ut deus illarū misertus, per Prophetā
se polliceatur amoturum pastores eos qui sese pascebant &
oues dissipatas uisitaturum & liberaturum, Ezechielis. 34.
(hic uos obtestor ut totum caput istud legatis, quo doceami
ni q̄ infensi deo sint hij pastores, qualem uos libēter reddere
tis eum qui tamen per ingenij bonitatem nō potest talis red
di) Quid nam est si quis queratur perpetuo Christianum po
pulum plus equo opprimi: quum nihil profecto aliud fecerit
q̄ quod deus ipse, quod Christus, Paulus, Moses. Quid iā
mali nobis eueniet si ceremoniarū scobs in uniuersum etiā
abijciatur, cum frustra se deus hisce colī adserat: eloquia dor
mini eloquia pura sunt, argentum igne examinatum, purg
gatum à terra, imò septies purgatum, ut quid igitur scoriā
argento rursū miscere pergimus: & eos qui Israel facti sunt
trāsmutare in scoriā: Ezechielis. 22. Versa est mihi domus
Israel in scoriā. Considerandum itaque uobis est an non
merito sęculum hoc nostrum aureum adpellent, qui huc re
spiciūt ut eloquia dei q̄ mūdissime adponātur famelicis mē
tibus, ne uanitates humanę audacię intermiscantur. Sed fa
cere ferreum student qui hoc ferre non possunt, dicentes: Re
cede à nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus, inutilis es
nobis. Hinc uociferantur p̄hende, uinci, in carcerē trude,
adhibe fidiculas, *κλωβὸν* duc, merge, strangula, exure, ut ue
re hoc adimpleant quod Christus p̄dixit Io. 16, Venit hora
ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium p̄stare
deo, His itaq; aureum non est sęculum, sed his qui per eius
modi tentationis ignem probantur esse aurum purū putū,
argentum, gemę, sed his quorum conscientię ab animarum
parricidis hactenus misere laniatę, in tranquillum uerę pie
tatis portum inductę sunt, q̄s dominus pascit in montibus

Israël in riuīs, & in cūctis sedibus terre, in pascuis uberrimis
Ezech. 34. quos dominus pascit & nihil illis deerit, quos do-
minus eduxit in latitudinem & saluos fecit quia uoluit.

3) Ad Euangelicā libertatē recte faciūt qui uocant, nam hoc
uno salui reddimur, audite Christum Marci ulti. Predicate
Euangelium omni creature, qui crediderit (predicato scilicet
Euāgelio) & baptizatus fuerit, saluus erit. Veritas liberauit
nos, ergo uere liberi sumus, filius liberauit, quomodo poterit
seruus seruituti iterum subiugare: Io. 8. Nemini quicquam des-
bemus nisi ut inuicem diligamus (quod tamen Apostolus
salua semper Regum ac Principū autoritate intelligi uult)
ut quid igitur exigunt quidam à nobis supra id quod eis cō-
missum est talentum?

4) Iam primum hic miror tam floridam Poeticāq; elegantia
cum dicitis quas cūctas adpellāt humanas constitutiones
euellere nituntur, hoc Comici ut arbitror imitati, populo ut
placerent quas fecisset fabulas, aut quas putas non sunt uere
nuptiæ, cum tota alioqui phrasis adeo sit exāguis & illepidā,
ut uix uiderim tantam orationem tā inopem omnis gratiæ
quod nisi flosculus iste uelut hic natus ac in loco insertus esset,
nemo posset sine fastidio legere. Sed ad rem redeo, cūctas
adpellant humanas constitutiones, adde scoriā, quicquid
scorbem, quicquid à mente Christi est alienum, quicquid ab hypo-
crisi, à cupiditate, à *ελατρία* profectū est. Hic rursus gratia
debetur uobis quod Euangelicam doctrinam triticum esse p-
mittitis. Sed quod heu cernitis ob oculos eradicari etiā tritici-
cum, aperte ostēdit, similitudinem quam Christus Mathei
31. proponit & illic explicat, uobis nō examissim esse pspe-
ctam, alioqui enim uidissetis quod ibidē Christus non de uarie-
tate doctrinarum loquitur sed hominum, quorum quidam nō
omnem uerecūctiam ita exuerint ut publice peccare eos nō
pudeat, nec tamen à peccando abstinēt, quibus enormia non
admittant flagitia, sed ea sine quibus hec uita uix peragitur
id quod nihilo minus quosdam teneriores offendit, hos fers-
ri iubet, quod in multis offendamus omnes Iacobi. 3. & festuca
primum

primum sit ab oculo auferenda ut trabē de oculo patris edu-
cere liceat. Vnde hic Christus ad quedam translaticia & uul-
garia conuere iubet, non idem sentiens de ingentibus, ubi
oculum erurere iubet, id est, uidentem, doctorem, Episcopo-
pum si offendit & abijci, consimilem in modum & manum
& pedem Mat. 6. & 18. neq; unq; inuenietis ul' Christum ul'
A postolos in ea esse sententia ut uelint nos permittere pernisi-
ciosam & à deo alienam doctrinam pullulare. Ipse enī Chris-
tus acerbissime ferit scribas & Phariseos quod diuinis post-
habitis sua quedam tradidissent Mat. 15. errare etiam dam-
nat dicens: Erratis nescientes scripturas, cū sua ista nō igno-
rarent. Et ad scripturam uocat, scrutamini inquiring scriptur-
as Io. 5. à suis inuentis nimirum & cōmentis auuocās. Pau-
lus autem Titum admonet Episcopum tenacem esse oportere
sanę doctrine quo contradicentem reuincere ualeat. Ios-
annem iubet spiritus probare an ex deo sint, sexcenta sunt
que custodire iubent ne humane doctrine diuinarum loco
recipiantur. Qd si dicatur, Hi tui humanas doctrinis çican-
am adpellauere, Quid tum; si quando trahant & trāsserant
quedam dum modo integrum sensum non adulterent. Pro-
be quadrat, humanam sapientiam, traditionem, scientiam
çicana uocari, & quod inimicus ea, dormientibus Episco-
pis imò autoribus in sementem Dei iecerit, Hactenus si-
militudo nihil hiat, hābit autem si sequentia huc traxeris,
sinite utraq; crescere, & reliq;. Sed ut hanc pericopen finiam
si simul cernitis erui triticum, uestrū erat id cauere, tueri triti-
cum non çicaniam, iuuare eos ex altera nauī qui rethe ple-
num magnis piscibus traherent, non eos qui lignum, scēnū,
stipulam edificant, presertim cū uidetis tantum numerū
doctissimorum hominum omnes huc neruos intēdere. Ut
hac una, si nō alia, ratione dei opus esse agnoscere possimus
qd dum lux eruditionis & linguarū in mundum uenit, pau-
cissimi tamen ea abutantur ad questum. Huc Hugo ille im-
plendus erat ut Christi partes ad quas iam ab exordio huius
tabule spectabat, nam eiusmodi uoces obseruatas de illo au-

dio. Ego rerum omnium maxima iactura cupiam Euangelicam doctrinam promotam esse, ac amplecteretur ardentius, plantaret diligentius tueretur uehementius. Hic currens tē incitare oportebat si illius gloriam angustiore reddere statutum erat, non bene currentem fascinare.

5 Si quis contentiosus amat esse. Cor. 2. nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesie dei. Verum contentiosus unde ortus sunt: nonne à carnalibus? 1. Cor. 3. qui dicunt Ego sum Scoti, ego Thome, ego Romani Episcopi, quibus tamen ne horam quidem unam cederet Paulus Galath. 2. etiam si circūcisionis causa tantum ageretur, non solide salutis, non Christi, non iudicij quo nos atrociamanent suplicia si postea quam lux uenit in mundum magis dilexerimus tenebras quam lucem. Vtrius amabo cedendum existimatis ihs ne qui domum suam supra petram Christum edificarunt, an his qui super arenam? Tum si alteris cadendum erit, ab utris standum: ab ihs ne qui etiam si cadant stant: atque ita stant stant buntque ut nullus ad illos mali iactus peruenire possit unquam an ab his qui dum se firmissime nixos autumant iam ceciderunt: quibus caligo tenebrarum reseruetur, & perditio non dormitat. 2. Pet. 2. Per uos deos deasque omnes oro, quicquid hoc contrahitur, humanis traditionibus quantum diuinis deferri debeat nec ne, an non uobis aliquando in mentem uenit hoc, omnis homo mendax, & est diuerso illud, deus uerax est Io. 3. Ro 3 Et ego sum uia, ueritas & uita. Io. 14. Et qui sequitur me non ambulat in tenebris sexcentaque alia: ac dum in mentem uenerit an non hanc sententiam pariat. Hanc ueritatem si amplexus eris hallucinari non poteris, si humanam quantum uis sese fucantem, poteris, Quid igitur cause est quo minus certa & indubitata sequaris, quam ambigua, imo mendacia? Contendere nimirum oportet si uolumus contradicentes reuincere, modo ne id contendendi animo fiat, sed diuina eloquia adserendi nec Philosophorum strophis, sed scripture robore, quo modo increpauit Stephanus Iudeos, dum altius uetera repetens, quibus cum illi cogi deberent obstitabant,
sic tan

fic tandem in fit: Dura ceruice & in circumcisus cordibus &
auribus uos sepe spiritu sancto restitistis Acto. 7. quo mo-
do frequenter Paulus tum apud alios, tum apud Romanos
Acto. ult. ubi scripturę locis Iesum eis suadere conatus totū
fermē diem, id tandem iaculi qđ ex Esa. 6. capite produxerat
in eos torfit: Vade ad populum istum & dic ad eos: Aure au-
diētis & non intelligētis & uidentes non uidebitis & non pe-
spiciētis, incrassatum est enim cor populi huius, & auribus
grauiter audierunt, & oculos suos cōpesserunt, ne forte ui-
deant oculis & auribus audiant & corde intelligant & cons-
uertantur & sanet eos. Qđ si propter contentionem qđ un-
qđ imputādum est, ijs certe imputetis oportet quibus studio
fuit orbi sese prodere quantum contendendo possent, Sos-
phistarum tantum argutijs nixi, non gladijs istis duobus ue-
teris ac nouitamenti, quos Christus sacculo sublato imō
diuendita tunica parare iussit, nisi quantum rubor ignoran-
tię coēgit, quo uelint nolint cōpuli sunt undecūq; insueta
arma tractare, Hos per me licet contentiosos adpellare, qđ
muliercularum ritū, uel exemplo (ut uos loquimini) conui-
tijs alios ceu sputis sedant, belli scilicet ueritatis ἀρχαίται &
ἡρώμαχοι.

6
Ne hic rhetoricantes turbem ostendam breuibus qui sint
lupi predatores reliquaq; tragica nomina. Christus pastor
est Io. 10. oues eius sunt qui uocem illius agnoscunt & preceū
tem sequuntur. Fures uero sunt & latrones non modo pre-
datores qui aliunde qđ per ostium quod Christus est in cau-
las ascendunt ouium, lupi, qui se ouium persona induerunt
toto tamen pectore non aliud meditantur, qđ qua uia rapere
& discerpere teneras oues possint. Lupi inq; sunt quos Apo-
stolus Beniaminita grauiter adflicturos gregem post disces-
sum suum predixit ac gregi nullatenus parcituros Acto. 20
Post hęc spectemus qbusnā hęc tragica ἐπιφωρήματα in ipso
etiam orationis exordio aptari recte possint. Vbi Christianis
norū simplicitas, falsos Prophetas in lupos degenerasse non
sentiens, sed ab ouilla eos estimans psona, tulit, ceperunt isti
c iiii pasto

pastorum pietate in luporum rabiem uersa, omnia inuadere
dissipare, perdere, ut profundam ingluuiem, libidinemq; ex
plerent suam, non contenti si lacte, lana, carnibus etiam ab-
latis uentrem saginarent, nisi ossa quoq; fregissēt, & ad cru-
delitatem quicq; adtinet nihil reliqui fecissent. Tum fateor
iustam ouium partem attonitam, cum se uiderent ab his tru-
cidari ad quos confugerant, longius profugisse à tam certa
pernicie, qđ tamen miseris infeliciter cessit nā Nemrothi isti
robusti uenatores eas affecuti, deuorarunt tanq; cibum pas-
nis, at postea qđ ille qui se cum suis permansurum pollicitus
est usq; ad consumationem sæculi, hanc suorū cladem ampli-
us ferre non posset, uocauit suo more quosdam non sapiens
tes secundum carnem, stultam enim fecit deus sapientiā huius
ius mundi, sed ignobiles, qui nomē suum ferrent ad reges &
principes terre, non aliter atq; olim fecerant ij qui ex piscato-
ribus in Apostolos cōmutati erant, qđ simul ac uulgo audis-
tum est, mirum qđ respirare cuncti ceperint, ac gratulari, su-
gam sistere, uerum ducem adesse sentire, nomen illi dare, ne-
glectis interim his qui preter inane nomen pastoris, nihil se
dignum habebant, conuersi autem ad pastorem & Episcopos
pup animarum suarum qui paulo ante qđ simillimi erāt os
uisibus errantibus iuxta Petri sententiā. 1. Pe. 2. ac in luce am-
bulantes ea quæ illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum, errare amplius non possunt, nec offendere.
Vnde adparet qđ quicq; hic quere moniarū effusū est nihil
ad eos adtinere, qui iam resipuerunt, sed ad eos qui adhuc in
tenebris palpitant humanarū inuentionum neglecto Chris-
to & eius doctrina, de quibus etiam nō dici potest qđ pasto-
res suos irrideant cum eos uenerentur deorū loco, similesq;
habeant labra lactucas. Si autem eos putatis qui ad Euan-
gelij partes concesserunt duces suos irridere, non tanto inflam-
mati sunt odio, ut paulo post queri mini. Nemo igitur est qđ
alium tantopere subsannet, nisi hi sint qui diuina pro huma-
nis recipere nulla ratione persuaderi possunt, quorum uoces
hęc sunt. Quid mihi cum Christo: qđ cum Apostolis: mores
imuta

immutati longe aliam uitę rationem postulant, rustice, tū unis
uersam Episcoporum pompam huc humilitatis deuenire
posse autumas: qui ut prudentia pollent, ita lōge prestantio
ra q̄ uel Paulus uel Petrus, imō Christus ipse, tradiderunt.
Hi sunt nimirum qui simplices Christi precones in derisum
habent & similitudinem improperij, insēfati, Sap. 5. in quo
rum interitu deus quoq; ridebit. Prouer. 1.

Hic primum artem adnotabo, quę dicitis: Alios quidē 7
ad hoc faciendum &c. queso quod nam membrum huic ex
equo opponitis uel coniugatis: dicatis nimirum id quod se
quitur, q̄sdam ꝑo uidere est &c. at animositas (ut ueltrate ꝑ
bo utar) passio est, sub priore igitur membro cōprehēditur.
Post hęc adnotandum est consiliatrices istis dici pro consul
trices, nam consiliare eis id significat quod Latinis consule
re uel consilium dare, hinc consiliator pro consultor quem ꝑ
senatore aliq̄n ponunt, consimili forma qua dīcūt fornix ein
ofen fornicator ein ofner, qđ ad causam uero adtinet, cōmen
dari non potest si quis quid efferuescente bili aut ambitiose
agat, quamuis Paulus Euangelio gratuletur, etiam si per cō
tentionem aut inuidiam p̄dicetur Philipp. 1. quod & uos
oportebat modo usus postulasset & eum locum perspexisse
tis, cum uix inueniatur qui flagitiorum indignitate non ali
q̄n moueatur, qui motus, an ira possint adpellari, nunc non
disputo, p̄sertim cum eos deo sacre etiam litterę tribuāt, 3.
Reg. 11. Iratus est dominus Salomoni, & Esa. 61. Ego domi
nus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocau
stum, quamobrē inducor ut cū Paulo potius gratuler Euā
gelio siue oportune siue importune p̄dicetur. Inuidere si
qui uidentur his qui obstrepunt non tam inuidia mihi uide
tur esse q̄ iustus dolor, qđ nulla uia restitui uolunt. Ambire
uero hactenus nihil uisi sūt Christi precones, omnia, huma
narum inuentionum adsertotes laudē, gloriā, honores, pe
cuniam, magistratus, regna, sumā quęq; atq; id olim cum
ultimum in malis bonum, uerecundia, non dum explosa es
set, nunc nemo ambit, sed rapit quisq; ad se quicqd unguis
bus

bus adprehendere potest ut uere dixerit Esa. 1. Principes tui
socij furum. Iam qd nostris obijcere poteris, ambire eos qz
& si nō Episcopatus aut sacerdotia, at gloriam & laudem, nī
hil dicis, quū hic morbus etiam diſſimulari negando queat
id qd tu post hęc probare nequis. Vnde adparet per calūni
am hoc dici, quod tamē non potest de his qui non de spinis
uvas colligunt nec de tribulis ficus, sed sese insinuant in di
uites familias & captiuas ducunt mulierculas oneratas pec
catis, sed uere de eis dicuntur.

8 Quicumq; per cognitionem domini nostri Iesu Christi à
contaminationibus huius mundi elapsi sunt iuxta Petri se
tentiam. 2. Pe. 2. ac eis ultra implicari nolunt, non perui
ces censendi sunt, sed constantes, qui nolint recedere à sãcto
precepto quod illis traditum est, nam postea qz gustauerunt
qm̄ suauis est dominus & qd beatus futurus est qui sperat in
eo, ceperunt nihil metuere quid sibi homo faceret, quos nec
instantia nec futura à charitate Christi separare possint, haud
secus atque Vlissis socij qui ubi *λωτοιο μελιθ' εα καρπ' ομ* edis
sent ad suos reuerti noluerunt, nemo enim qui manum suā
ad aratrum misit retro respiciens aptus erit regno dei Luc.
9. Quos etiam deus ipse per seruum suū Hieremiam adhors
tatur ne cedant dicens cap. 15. Si separaueris preciosum à ui
li, quasi os meum eris, conuertentur ipsi ad te & tu non con
uerteris ad eos, & dabo te populo huic murum gremum, fortē
& bellabunt aduersum te & non preualebunt, quia ego tecū
sum ut saluem te & eruam. Ex his satis liquere arbitror quā
non modo nihil peccent qui ab Evangelica ueritate flecti nō
possunt, sed recte sed consulte sed constanter agant si perpe
tuo neruis huc omnibus contendant ac ante oculos, obdura
illud semper habeant, faceſſant igitur deliry isti qui diuina
humanis cedere debere putant.

9 Pacem precatus est suis Christus cū à mortuis resurrexis
set qui eandem priusq; mortem obiret, Apostolis dederat et
reliquerat, sed non mūdi pacem, que nimirum peccatorum
est eorum uidelicet qui cum morte pactū fecerunt & foedus
cū

cū inferis Esa. 18. & belvarum ritu extingui cū corporibus
etiam animas credunt, qđ omnis illorum uita testatur, edisti
cant enim ut Milesij quasi perpetuo uicturi, delicijs fruuntur
quasi cras morturi, hoc Pauli. 1. Cor. 15. siue Sardanapali
(a quo Paulum mutuo cepisse suspicor, quo uentrium illo-
rum mentem exprimeret) intra se sibi canentes: Manduce-
mus et bibamus, cras enim moriemur. Hi inquam omnē
auram metuūt ne deliciarū suarū tranquillitas aliq̄ parte iter-
turbetur, clamant pax pax, cum non sit pax impijs Esa. 48.
Quod si maxime tranquillo animo sibi esse uideantur ^{ad hoc}
sunt, si ^{ad hoc} non sunt, miseri sunt, cum enim deum credant
salutis doctrinam τὸ Ευαγγέλιον nobis tradidisse, nec ei uel ce-
dunt uel deserunt manifestum est desperatos esse, Christiūq̄
dereliquisse quemadmodum Demas Paulum. 2. Tim. 4.
diligentes hoc seculum. Qđ si attentius Christi uerba libera-
rent quibus adfirmat se non pacem sed gladium in terrā mis-
sisse, qđ separarentur parētes a liberis &c. & illud Io. 16. Hęc
locutus sum uobis ut in me pacem habeatis. In mundo pres-
suram habebitis, sed confidite ego uici mundum. Atque il-
lud Esa. 48. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset
sicut flumē pax tua & iusticia tua sicut gurgites maris. Hęc
in q̄ si diligēter attendissent, nunc non aliud agerent q̄ qua
posset inter deum & nos pax conciliari, diuinis cederent hu-
mana, cedendoq̄ diuina fierent, hęc enim uera pax est quę
in deo habetur, non quę in suis adfectibus, qđ non minus q̄
Euripus perpetuo estuant. Illa nihilominus amiciciam cō-
omnibus, iuxta pauli doctrinam, quantū in se est habet, hęc
cum nullis qui concupiscentijs nostris obliſunt. Vnde op-
tini uiri quicūq̄ tandem estis frustra operam insumitis, nū-
q̄ enim pax futura est his qui Christi sunt cum his qđ carnis.
Illi enim authoris sui more nunq̄ pugnare cessabūt, hi nūq̄
cedent nī spiritus illustrator eos aliquñ illuminatos ad se tra-
hat. Illis tamen interea letis ac pace inuentibus uiuere datur
in Christo etiam si persecutionem patiantur, nam gaudent
cum Apostolis contumeliā se p nomine Christi pati. His
d ut supra

ut supra ex Esa. nō est pax nec tranquillitas ulla. Deū Opt. Max. precor ut sua gratia illos respicere dignetur quēadmodum respexit Petrum negantem, ut ad se conuersi resipiant & dent gloriam deo Amen.

10 Colūbina simplicitate p̄dita plebs, Euāgelio uni cedit & quanto minus imbuta est fecibus humanas traditionū, tanto capacior est doctrinē cōlestis, ad quam ceu ad sacram ancoram cum fiducia summa confugit.

11 Eadem cum doctos inter se digladiari cernit, clarius indicat utri recte id est secundū Christum sentiant, quam doctuli ipsi, spiritualis enim omnia diiudicat, & illi spirituales uere sunt, q̄a toti à diuino spiritu hoc est mente pendent.

12 Nullos audio sup̄ciliosius Heretici nomē quālibet leuē ob causā obprobare, omnibus recte uel iam sentientibus uel sentire incipientibus, quam eius sortis homines cuius uos minime esse opto.

13 Est quoddam hominum tam impudens genus, ut t̄cisi continuo miseram plebem inuerecunde peccando offendāt admoneri tamen nulla ratione uelit nedū corrip̄i aut emendari, quos eadem cuperē im̄d per Christum hortor ut studeant non esse quod audiunt, qd̄ ubi factum erit, tacebuntur iuste calumnie aut si non tacebuntur non offendent, discēt enim interea, beatos fore quibus male dicatur, dabuntq; operam ut q̄ innocentissimis irrogetur cōtumelia, at quē est hęc iniquitas contumaciter male agere eum qui positus est ut reliquis exēplo sit, nec admonitionem ullam admittere: fateor, qd̄ ad me adtinet, sepe dixisse, iustam nostra tempestate p̄sulum partem, non ueros sed personatos esse Episcopos, id quod mihi ne imputari qdem posse arbitror qum Esayas eos canes mutos adpellet & Christus fures & latrones, de his dicit q̄o qui non per ostium in ouile ouiu introierunt, paucos enim reperias q̄ Episcopi munere uel pro uirili, fungantur, & non potius agāt dynastas, satrapas, Reges. Ego uelim cunctos qui hac tempestate liberius proloqui sunt, per impotētiā potius q̄ uere dixisse, id qd̄ omnibus spectandum est & p̄sertim

fertim ecclesie primoribus, an scilicet digne male audiant an indigne. Precipit enim Paulus presbyterum sceleris conuictum publice argui.

Hactenus ut reor, narrauistis. Nunc periculosum uideri uultis Episcopo si loqui ceperit, & pericula ipsa recensetis, nepe quod male auditurus sit, ac in contentione uerturus. Quid uero dicturi eratis etiam si uapulaturus esset? quum Christus miserit suos ut oues in medio luporum & tamen interim dicit quod pastor ante oues suas uadat & rursum quod bonus pastor animam suam pro ouibus ponat, non etiam mercenarius, is enim dum lupo ueniat desertis ouibus fugiat. Si igitur ista sponsa Christi tam uulnerata erat intus & extra ut uideri cupitis, quid hac cunctatione opus erat? quid cunctanti blandimini? uel maturantem potius, moramini? festinandum erat, excitandusque celerime presul, heus tu, uiden ut grex pereat? quod cessas? debes enim tu primus caput obiectare periculis. Hic si ipse cunctatus esset his ex causis, fama ledetur, obiurgabor, contendere cogar. Quin ignaue diceretis non meministi huius quod Christus dixit: eritis odio omnibus propter nomen meum. Nunc cum Presul ita animatus sit ut nulli libi salutem certiores ac presentiores quam ubi Christus predicatur esse credat, & uos eum cunctantem facitis nonne proditis has uoces ex uobis natas? a uobis tractum esse benignissimum presulem, ac irritatum ut nos tam atrocis facti insimularer, nepe quod ouile Christi uastemus, Vulnerata autem uideri uultis unam Christi sponsam, fateor, uulneratam esse non letali uulnere, sed caritate, letum est hoc uulnus & gratum, imo tam iocundum, ut Sacerdotem ac Leuitam preterentes nec respicientes equanimiter ferat, nam Samaritam ad esse sentit, qui quod putidum est uino macerat, & quod egrum, fouet oleo, iumento suo uehit ad diuersorium celestium mansionum cum interim hi qui hunc medicum non agnoscunt miserabiliter crucientur, non tantum dolore uulneris, sed etiam desperatione medici, quum facultates omnes in eos medicos expendant, qui humanarum traditionum ceratis, uulnus adulterina

cuticula obducunt non ex imo sanant, nec ullam salutē fer-
tiant. Quid multa. Ve uobis q̄ dicitis malum bonū & bon-
num malū, ponētes tenebras lucem & lucem tenebras, pos-
nentes amarū in dulce & dulce in amarū Esa. 5.

15

Prophetarum oracula uobis optarem clariū perspecta
esse, nam quod ex Amos adducitis uobiscum ex diametro
pugnat, nam Amos hoc agit cap. 5. filios Israel obiurgat, q̄
deserto domino in Bethel, Galgala, Bersabeę uaccis & simu-
lacris facerent, q̄ iusticiam derelinquentes, omne iudicium
exasperarent, nihil ueriti eum qui uniuersam huius mundi
molem temperat, cuius nomē dominus ipse enim robustū
uastet ac potentem depopuletur, p̄pterea q̄ exosum habue-
rint omnem corripientem, omnem q̄q̄ qui perfecte loquere-
tur abominati sint. Quamobrem, tamen si quadrato lapis
de ambiciosas eedes excitarent, nūq̄ tamen inhabituri essent
q̄ pauperes expilassent. Sic etiam uineas artificiose planta-
tas nūq̄ uindemiaturi, q̄ illorum flagitia non ignoret, pur-
ta, quod dum parentum uice colerentur à simplici plebe, ab
atrocissimis tamē hostibus nihil differrēt, cū à diuitisbus ac-
cepta pecunia, pauperem deprimerēt, que res eo usq̄ malos
rum uentura esset ut prudentes etiam uiri hiscere non aude-
rent, ob huius tempestatis malignitatem. Videte queso an
nō hec malorū facies retroacto tempore uisa sit, dum q̄dam
adeo licenter nihil omiserūt q̄ ad tyrannidē adtinet, ut cor-
dati q̄q̄ malorum, execrationū, dirarūq̄ metu ne mutire q̄
dem ausi sint. Videte inq̄ ut infeliciter in arcanis litteris
semini dū his utimini quæ proposito uestro reclamant. Q̄
ex Ezechiele adducitis nunc non occurrit ubi scriptum sit at
ubi ubi positū est, arbitror eodem iudicio eademq̄ oportu-
nitate adductum qua id ex Amos, nam id q̄ Ezech. 5. cap.
scriptum est unde adparet hunc uestrū locum decerptum ita
cōtra uos est ut q̄q̄. Similiter & illud ex. 54. psalmo, nam
Propheta illic perfidis Israēlitis discordiam imprecatur quæ
& illis contigit propter Christum crucifixum, talis autē con-
tradictio in ciuitate Hierosolymorū fuit quāta in nullis Ilijs

Cartha

Carthaginensibus aut Athēis. Summa *Σύμπερος ἱερο. β. δ. δ.* 16

Periculosa tempora miror uobis nunc primum adparere 17
quoniam hec mala ex quibus tempora periculosa metitur Paulus
2. Timo. 3. iam olim coeperint & in hac nostra tempora ita
grassata ut doctissimorum uiros magna manus iuxta mo-
rem uestri prudentis quem ex Amos Paulo ante ut bona ue-
stra uenia dicā ineptiuscule produxistis, tacere amplius nō
potuerit, imō omne periculum sit potius subitura, quā ad tam
spurcas abominationes tactura. Hec quis periculosa tem-
pora dixerit? quibus oues domini queruntur, liberantur, pa-
scuntur, sunt quidem si mors malum est periculosa, sed non
his quibus uos uideri uultis, sed his scilicet qui docti sūt ani-
mam non posse ab his occidi a quibus potest corpus, de his
autē uos non admodū sollicitos reor. Vnde hoc metu uos
libero per presētes. Hic admonitos uolo, quāquidam perpetuo
eisdem queremonijs utimini eisdemque uocibus, ut si in supe-
rioribus, quibusdam responsum sit eō semper recurratis, ne
διὰ τὴν ἐξέλιξιν τῶν χρόνων fiat.

18
Scandala multiplicantur iam inde ab annis ferē mille per
eos maxime qui non huius faciunt pusillos illos Christi quos
ipse parui haberi noluit cum diceret Mat. 18. Videte ne con-
temnatis quoniam de pusillis istis qui in me credunt, Dū eos
neglectis dei sermonibus sua quaedam docent, dū spem eorū
(pusillorum dico) quę uni Christo debetur ad se uocant, dū
gratiam dei antiquant, satisfactiones autē suas sanciunt, dū
infirmas conscientias truculentius terrent & ad desperatio-
nem adigunt, dum quicquid gratis dispensandum erat, uenun-
dant, dū castitatem exigunt quam Christus liberam permis-
sit, dum clauibus (ut ipsi adserunt) suis abutuntur ac simul
docent omnia sua ferenda esse fulmina siue iure siue iniuria
infigantur, dum luxum suū Euangelicę paupertati compa-
raturum ac subinde condemnatum defendunt, dū omnia pro-
fus diuina pro libidine sua temperare fas esse putant, deseret
me sol iste si omnia scandala numerare tentauero, quis hæc
d iiii non ui

non uidetis esse scandala, sed si quis uinitor pastor uel agris
cola in Quadragesima carnes ederit, id qd' sancta urbs Rho
ma feliciter audet, hoc scandalum est.

19

Bis hic peccatur, semel contra eos qui Euangelion hodie
proferunt quod novos errores ferant, iterum contra uros q' pri
ora ista uestra q'cunq' nomine censeatis periculosos errores
uocatis, nisi priores capiat' pro his erroribus quibus olim
respergebatur Christiani, qd' tres iuxta Sabelliū esset dii, Qd'
unus, unāque *τὸς αὐτῶν* iuxta Arrium, quod Christus finxes
rit se humanam naturam adsumpsisse iuxta Manicheū, qd'
duo dii essent alter bonorū alter malorum autor iuxta Marti
ona. His inq' erroribus grauiore hodie feruntur cū Euan
gelium tanto labore ac periculo predicat rusticus iste Zui
glius. Sed non uidentur uerba dū diligenter expēduntur de
his prioribus capi sed eis in quorū locū Euangelici errores
succedunt.

20

ἡ δὲ ἀντιπαρῶν si schisma intelligis hoc, quo quidam
à Christo diuisi, ad homines & creaturas se conuerterunt.
Matrem autem eam que est mater nostra coelestis Hierusalē
Christi sponsa non habens rugam neq' maculam, Errantes
oues que à Christo uera luce abierunt ac in tenebris huma
narum traditionum errant. Si peruicacem factionem
eam qua contumaciter humana recipiuntur pro diuinis &
deseritur Christus ut defendatur questus, si Hereticam tenta
tionem, qua qdam sensum sacrarū litterarum procaciter ad
rem parandam torquent. Nam is demum Hereticus est qui
litteras sacras non ad Christi lucernā sed suam probat, si inq'
hoc pacto hæc nomina intelligitis *δύοις ἑστέ* ne singu
larī numero. R. Dominus Constan. ad se uerti putet oratio
nem cuius autoritatem ab omni parte illibatā esse uolumus

21

Secundum domini & Euangelij eius magisterium roga
tis, secundum dicitis, p. p. Euangelij magisterium quid signi
ficare uelitis non capio, cum Christus interdicit Apostolis
Mat. 23. ne se paterentur magistros uocari. Et apud Lucam
22. cap. lubet, qui maior sit fiat ut iunior, & q' dux, ut mini

si non

in b

ster

ster, uerum quid ista rursus persequimur, quasi in tota oratione sit aliq̄ mica salis? Qd̄ autem cōtra diaboli fallacias uigilare nos hortamini sedulo facturi sumus. Non enim ignoramus eum iuxta Petri uerba. 1. Pe. 5. circumire tanq̄ leonē rugientem ac querere quem deuoret, nec ignoramus quibus ei resistēdum sit armis, nempe fidei robore ac firmitate, qua freti nec inferorū portas horreamus, nec afflictiones eas quibus in isto mundo cruciantur boni.

Quid audio? Egon tam damnosam aleam ludo? sacrilegas machinatiōes & ueteres hereses instaurans? quis hic à cōuicijs temperet? adeo p̄ multos uersus insanitis furitis bacchamini, ut prę furoris impetu non constet uobis ipsis id qd̄ dicitis, uideri uultis ad ecclesię unitatem hortari cum uerba nihil aliud spirent q̄ seditiōem, tumultum, bellum, pernitiem & hostilia simul omnia, quid hic fiet si conuicijs referre perrexero eos, quos tam inhumanę insimulationis autores scio? nonne id quod diuus Paulus predicat? Galat. 5. Quod si uos mutuo mordetis ac exeditis, uidete ne abinuicem consumamini. Nec est q̄ inficiari possitis, in genere ista q̄bus uis dici cum non alijs tam minacem p̄uentionem miseritis, nec in toto capitulo nostro, pręter unum & alterum q̄s sit qui nō secundum uos sentiat, unde apertissimum est nostrū unius caput peti. Qd̄ si maxime contenderitis, hęc ad cōmonefaciēdum nos esse scripta, quid opus fuit tā inciuiliter exaspere rare rem ad me mimime adtinentem? dicitis ut eo diligentius cauerem, anne tam stupidum existimatis & excordem ut nihil olfaciam? sed mittamus ista, animos enī uestros adpello an non totum hoc quocūq̄ nomine adpelletis in me torqueatur. Volo itaq̄ nō par pari reddere, sed tam breuibus ferē q̄ uestra sūt hac pericope uestra uobis reddere, sed ad normam Euāgelicę doctrinę directā prius ac restituta, quę etiā protestationis uice uobis esse poterunt. Ego ueterem Christi ecclesię unitatem instaurare non desinam, nullis hominū insidias tendens, sed sepe paratas boni consulens, qd̄ uobis testibus probaui, nulli me unq̄ factioni p̄missurus, ne dū
here

Hereticorum, nam aliam plantationem nuncq̄ seui quam eam
quā Christus autore patre plantauit quæ non potest eradicari,
año enim ab hinc quarto (ut rationē predicationis nostrę
Tiguri promulgatę habeatis) solidū Euangelium secundū
Matthæum predicauit, quo tempore illorum nomina ne no-
minari qdē audieram quæ factionis me insimulatis, adiunxi
Euangelio protinus Apostolorum acta, ut Tigurina eccles-
sia uideret quo pacto quibusue autoribus Euāgelium pro-
pagatum esset ac promulgatum, successit mox prior Pauli ad
Timotheum epistola qd̄ mire uideretur conducere optimo
gregi, in ea enim ueluti canones quidam morū Christiano
dignorum continentur. Hic quum de fide qdam scioli nō re-
cte sentirent secundam epistolam ad Timo. distulit donec eā
quæ Gallogręcis scripta est enarrassem, tū illam q̄q̄ adiunxi.
Cumq̄ tam dicti scioli eō insanie ac impietatis processissent
ut Pauli nomen tantū non infame redderent, iactantes hæc
pia scilicet quę neminem offendunt. Quis tādē Paulus?
noñe homo est? Apostolus est, sed suburbanns tantum, non
ex duodecim uiris, cum Christo non est conuersatus, articu-
lum fidei non composuit, ego tam cuius Thomę uel Scoto
credo quā Paulo. Enarraui etiā Petri utramq̄ epistolam
Apostolorū antesignani, ut liquido uiderēt an eodem imbu-
ti spiritu eadem ambo locuti essent, His absolutis, Epistolā
ad Hebręos orsus sum, ut Christi beneficium clarius agnos-
cerent ac gloriā, Hic discēt Christum sūmum esse sacerdotē
ac tam ferme didicerunt, nec est ut me quorundam scriptorū
insimuletis nā anteq̄ ea ad manus nostras uenerint orsi era-
mus negocium imō ante annum ferē polliciti sumus id fa-
cturum, discant item Christum una ac semel tantum oblata
hostia in æternum cōsumasse sanctificatos, hæc plātauimus,
Matthæus, Lucas, Paulus, Petrus rigauerunt, Deus autem
incrementum dedit admirabile, quod ipse non ebuccinabo
ne uideat meam non Christi gloriā ambire. Ite nūc & di-
cite hanc plantationem ut ad compendium redeam non esse
cœlestis patris. Ego inq̄ nullis captiosis fomentis dolis uel
hortamē

hortamentis sed simplicibus ac apud Heluetios natis uerbis
ad uulneris sui cognitiōem quosuis traxi, id à Christo ipso
doctus qui prædicationem suam hinc orsus est. Ab Episcopi
sui concordia neminem unq̄ abduxi, modo esset Episcopus
nō fur aut latro, quales Christus signauit Io. 10. Disciplinā
ecclesiasticam ex quibus fontibus hauserim pauloante com-
memorātū est. Gloriā nostrę professionis uehementer horta-
tus sū ut teneant Heb. 4. habentes ἀρχιερέα magnū Iesum
filium dei, inquit, qui penetravit cœlos, tenete confessio-
nem hanc, nec gloriā à se mutuo querant, id quod Iudeos
auocasset quo minus Christo crederent Io. 5. Quomō uos
potestis credere qui gloriā ab inuicem accipitis et gloriā
quę à solo deo est nō queritis, Signate hæc attentius obsecro.
Ego ab omni prorsus spe ullius creature q̄ maxime possū
auoco ad unum uerumq̄ deum & Iesum filium eius unis-
cum, dominū nostrę in quem qui fidit non morietur in æter-
num. Induco neruis omnibus ut ueniam petant ab eo q̄ pe-
ti etiam cupit ultro, quanq̄ peccemus, Inquit Mat. 11. Ve-
nite ad me oñes qui laboratis & onerati estis & ego ἀναπαύσω
uos. Hoc ei tam firmiter credo ut si ita casus exigat, me non
ullo putem uel Episcopo uel sacerdote opus habere qui pro
me satis faciat, nam id olim Christus fecit qui corpus suum
pro nobis tradidit hostiam, & sanguine suo felicissimo lara-
cro abluit. Totum presbyterorū ordinem ita ueneror ut an-
gelorum dei, uentriū tamen abominer fero tamen sinōq̄
corcoros inter olera crescere. Sine intermissione orare præci-
pio sed spiritu & mente, & ut iuxta Christi uaticinium ados-
rent patrem in spiritu & ueritate, imò ad odium usq̄ pulsare
iubeo, qđ apud Lucam uidue parabola docet.

Qui cum Christo non colligit dispergit & qui cum eodē
non est contra eum est, quomō nunc potest contra Euangeli-
cam niti doctrinam Euāgelium ipsum. Putatis dei conditi-
ōnem inferiorem esse Satane; q̄ si diuisus esset non stare pos-
set regnum eius, & dei constare posse putatis si sibi aduersus
sit; diuersus autem & contrarius sibi esset si Euangelium sus-

e um con

um contra Euāgelicam doctrinam esset, possem eadem hīc
rem acu tangere nempe pro qua Euangelica doctrina tā fors
titer pugnetis, malo tamen illic esse modestior, ubi uobis ne
scio an ulla modestia adfuerit.

24

An non longam satisfactionem doceo & magnam cum
perpetuo clamo *μὲταρροφῆς*, uade et uende omnia quę habes et
da PAVPERIBVS. Et, date Elemosynā & omnia erūt
uobis munda. Veto interea, non nego, ne his, qui tantū au
ri possident ut eo mulas etiam onerent, quo tamen nec mula
melior sit nec sessor, quę dent, sic enī fieret ut & porci aliqñ
cogērentur aurum in naribus gestare & pauperes fame peris
rēt, quos tamen Christus apud suos ceu fidelissimos patros
uos uersaturos dixit.

25

Ego, quę fortia dicatis consilia non capio, hoc tamen scio
quod Christus suos cum monstris huius mundi congressuros
ad fortitudinem uehemēter adhortatur Io, 14. Non turbes
tur cor uestre neq; formidet. Eodē loco, pacē captiosā adpel
latis quā nobis cum deo coire opto siue captiosa sit siue sim
plex. Quę mox sequuntur eiūdē farinae sunt cum his, quibus
.23. et .24. pericopis quiritati estis, ubi pollicitus sum me dis
simulaturę, quod nam Euangelium si liceret libenter defen
deretis.

26

Spiritum dei me habere nūc; iactaui, sed interim indubie
spero ipsum nūc; in suo opere defuturū, quę tam sepe ne
gocium suum quod per nos gessit prosperasse expertus etiā
sum. Velim itaq; ueror; nos in simulassetis non eorum quę
nescio quę adfectus dicat. Quę non ignoro factam quę fore
iactantiam quādam à qua nec Christus abhorruit nec Paulus,
Ille enim sic ait: Ego sum pastor bonus, & omnes quot;
quę uenerunt fures sunt et latrones sed non audierūt eos oues
Ego ueni ut uitam habeant & habundantius habeant. Ego
sum lux mundi. Ego & pater unum sumus & sexcenta alia.
Iste, Existimo enim me nihil minus fecisse à magnis Apосто
lis. Et si uoluerō gloriari non ero insipiens. Et nihil minus
feci ab his qui sunt *ἄποστολοι* Apostoli, Et plus omnibus labo
raui

raui. Fieri hinc potuit ut non nihil nobis tribuerimus in sacris litteris, & si id unquam factum est parcius tamen factum scio. Verum cum omnia diligenter memoria uoluo, recordor aliquando uerbum esse quod dixeram deum per me loqui cum eius uerbum promulgarem, at id feci ne mihi quicquam tribueret uulgus nec mihi acceptum ferret quod Christi esset, id quod dicitur etiam admonui, ne quisquam hac parte erraret.

Adulterinas doctrinas esse arbitror, quae ab hominibus adfectibus suis deditis conficte, pro diuinis uenduntur, quae ego angue peius odi, quin id dissidioli quod nunc mihi uobiscum est non aliunde natum est quam quod scoriam ab auro excolare diligentius studui, uera dico, sed parcite queso.

Pseudopphetas hic primum opere precium erit iuxta Christi mentem finire quo magis perspicuum fiat ad quos nam haec Hieremie uerba proprie pertineant. Mat. 24. & Mar. 13. sic ait; Surgent enim Pseudochristi & Pseudopphetae & dabunt signa magna & prodigia ita ut in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. Sed his uerbis non omnem proprietatem expressit, ideo quae proxime praecesserunt huc etiam adferenda. Tunc (inquit) si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Iam de pseudochristis hic nobis non est sermo, sed de Pseudopphetis, hos dicit Christus errorem suum editis etiam signis firmaturos, quae res electos quosque sollicitatura sit. Iidem dicturi sunt (nam haec dictio enim quae post sequitur, surgent enim, indicat utrumque ad Pseudopphetas adtinere) Ecce hic est Christus aut ecce illic. Ego signa nulla edo, nec editis facile credo, etiam si cecorum quorundam iudicium praecesserit, Christum non hic aut illic esse censeo, sed ubicumque duo uel tres fuerint in eius nomine congregati illic eum scio esse in medio eorum Mat. 18. Summa, falsi Prophetae sunt qui signis et prodigijs ne dicam prestigijs electos etiam fascinant, Christum ostendunt ubi lubet. Satis uobis dictum est scio, non habetis opus ut ad uerum omnia refecem, ad uerba enim Prophetae festinandum est, qui sic dei loco minatur Pseudopphetis: Ecce ego cibabo eos absynthio & potabo eos

17

28

felle. Hoc nimis uerū est nam non modo absinthium & fel
spirāt, sed uenenum & mortes quidā eorū. Sequitur, A Pro
phetis enim Hierusalem egressa est pollutio super omnē ter
ram. Hierosolymis hodie nulli sunt Prophetę à quibus pol
lui possimus, sed unde mundus pollutur illic nimis adpas
ret esse Hierosolyma, à quibuscūq; igitur animarum parrici
dia, dei contemptus ac hominum, prodeunt, hos sciatis esse
Pseudopphetas. Sequitur, Hęc dicit dominus exercituū:
Nolite audire uerbum Prophetarum qui prophetant uobis
& diripiunt uos, Visionem cordis sui loquuntur non de ore
domini. Ergo qui de ore domini loquuntur non sunt Pseudo
pruphetę, rursus, qui uisionem hoc est mentem, sententiam
cogitationemq; cordis sui loquuntur sunt Pseudopphetę.
Nunc uidete quanta pars ex his qui à uobis stant, cū omnes
etiam adfirmare ausint tam his credendum ac fidendū quę
ab Hypocritis qbusdam conficta sunt, quā his quę sunt Euā
gelicis & Apostolicis literis prodita, mansura sit nec in nus
merum Pseudopphetarū abitura, quotus enim ex his est
qui non somnia quędam præ Euangelio recipi etiam præci
piat: tum si quid in controuersiam uenerit non hominū opi
nionibus discuiat: nulla sacrarum litterarū habita consulta
tione. Videte nunc manticam à tergo pendentem, & adpas
rebit q; iuste in simulaueritis eos qui solis diuinitus inspira
tis litteris freti docēt, pseudopphetarum nomine, quā ue uti
liter consultum erit Christianis hominibus si hypocritas &
somniauorum prædicatores defendendo uiceritis. Verum qd
multa: q̄tiscūq; sacras litteras in manus sumitis, cedit hoc
in foeliciter, nam fermē semper uobiscum pugnant, q̄ proxi
me sequentia clarius etiam indicabunt.

29

Petri enim uerba quę ex. 2. cap. 2. adduxistis ad hos potif
fimum pertinent qui superba uanitatē loquuntur, Ego sum
Christus, ego potestatem ligandi habeo & soluendi, ego pos
testatem habeo soluere te & occidere, interea tamen in desi
derijs carnis ac lasciujs tam impure uiuunt, ut eos qui uere
aufugerant inescant, & his qui in errore uersantur libertatē
pollicen

pollicentur cum sint ab ipsa corruptione in seruitutē adacti,
hoc est, tam abest ut hi qui dei partes sibi uendicant alios li-
berare possint, ut magis etiam corrumpant & seducant cum
sint undiq; corrupti. Scio tamē quid hic dicturi sitis, at eius
quem obijcietis nō tam premet autoritas quā tota *υποθεσις*
huius capituli defendat, quā breuiter perstringam quo magis
clarū fiat id qd' dicimus. Petrus isto secūdo cap. cautos red-
dit eos ad quos scribit nimirū omnes Christianos, dum pre-
dicat inter nos quoq; futuros esse magistros mendaces haud
aliter atq; olim irrepserint Pseudoprophete, qui populū sint
post se abducturi quo impēsius libidinari queant, tæsi im-
proderent nimis istud facturi sint, id quod multis exemplis
probat q; semper dei maiestas contempta grauiter adflixerit
contemptores, maxime omnium tamē eos qui sibi frena ad
omnem carnis lasciuīam & imundiciam laxāt, & *κλιβυτος*
καταφρονοσι hoc est summam istam dominationem cōtem-
nunt, dei nimirū, qui tam audaces & prefracti futuri sint ut
non uereantur gloriā blasphemare, hoc est, posthabita eius
gloria cuius solius est gloria, & in quo solum gloriari licet,
imō contempta, sibi uedicaturi sint quod solius dei est, qua
que maior contumelia in deum fieri potest. Gloriā autem
plurali numero pro dei gloria Petro translat itiu est accipere
Sic enim. i. Pe. i. cap. legimus, prenunciāns eas que in Chri-
sto sunt passiones & posteriores gloriā. Nam qui fieret ut
Petrus sui oblitus, q; priore epistola presbyterorū supercilia
decusserit nunc per gloriā eos intelligi uoluerit. Sed & se-
quentia idem docēt imō ut diximus tota capituli huius ma-
teria, nam nihil aliud agit Petrus, q; ne quis diuina sibi uen-
dicet nec humana pro diuinis uenditet, id autem quantum
pro uobis faciat ipsi uideritis.

Parui refert etiam si Euāgelij studiosi famem eius aliquā
tam patiantur modo saturari cupiant, nā mulier illa Samas-
ritana que apud fontem cum Christo collocuta erat, ciuibus
suis non nihil contulit dum repente in admirationem eius
ducta, cupiuit et suos eius rei participes facere et in eum usū
e iiii ex urbe

ex urbe exiit, ut ipsi Christum ipsum audirent, qui uiri es-
sent ac sapientia prestarent, at ista simplex erat, & famelica,
sed que dum cibum nacta esset fortasse superiorem se, alijs ta-
men non inuidit. Quantum autem uos Euangelici cibi in
promptuarijs uestris habeatis non constat, uideri tamen uul-
tis tam saturi ut alijs etiam eructare possitis, imò quantū uis
deo nullis adhuc permisistis aliquid nosse in Euāgelica do-
ctrina sed indefinite de omnibus loqui uideamini, qđ si nega-
bitis (id qđ merito facturi estis) ergo negari non potest meū
soliū caput peti.

31 Veterum traditiones quanto magis sunt Euangelio con-
formes, tanto magis suspici merito debent, quas uero dicitis
antiquorū traditiones; nonne eas quas quorundā cupiditas
recens inuenit; at negabitis hoc, ut quid igitur nō diserte no-
minibus donatis eas traditiones quas seruari tam anxie peti-
tis; ut ego tam inops cibi celestis & mei similes liquido uis-
deamus que tenēde sint que mittēde. Amābo dicite, omnes
siue olim siue recens tradite sint, ut medico patefiat huius,
nam hac parte uidetur maxime inflāmatum esse ac pūgere
ubi rei nostrę decedit.

32 Amen, modo Ecclesiam Christi intelligatis, ac Episcopos
eos qui uere sunt Episcopi non fures & latrones Io. x. sed iux-
ta Pauli ad Timo. & Titum regulam inaugurati.

33 Hic benignissimum Prefulem ludibrio exponeretis dum
eum ueluti confidentia peditum loquentem facitis, qđ pas-
ratus etiam sit ad reddendum rationem, qđ nescio an cuiqđ cō-
tingerit preter eum qui dixit: Pater quos dedisti mihi nō pō-
di ex eis quecūq;, nisi iā oībus cōstaret uestra suggestionē fieri
qđ hie sit, quācūq; uellē, qñquidē tantum temporis ad fingē-
dū insumpistis, paulo circūspectius omnia egissetis, & non
tam ridicule nunc conuerteremini ad minas, nūc ad preces,
nunc pretereris Euangelium humanis traditionibus, nūc
omisso Euangelio cōmendaretis tantum humanas traditio-
nes, Ne uulgo rideri possitis, quēadmodū hodie passim ride-
tur qđam Episcopus qđ intra fines .R. Domini Constantien-
sis in

sis ἐπιδοκῶν, is enim quum docto cuidam ac uere pio Euange-
listę crebro sed nequę obstreperet, huc tãdem insanę perue-
nit ut pro publica concione dicere auderet, p̄fussis etiã Cro-
codyli in morem lacrymis. Tantum inter uerum Episcopũ
cui oues cõmendatę sunt interest, & eum cui oues cõmenda-
re non sunt, ut is libere possit oues seducere etiã, nec cogar-
tur rationem seductionis reddere, quia non est pastor. Cum
ẽdiuerso Ego qui Episcopus sum legitime instituens ita de
omnium uestrũ o oues peccatis rationem reddere cogar ut
etiã si peccatis ipsi rationẽ non sitis reddituri, sed ego, eãq̃
sententiam Ezechielis uerbis. 3. cap. confirmauit, quanquã ea
limus aspexerit nã hanc partem omisit, ipse impius in ini-
quitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua re-
quiram, Qui error ut uulgo auditus est, rideri ceptum ac dis-
ci: Euge bone pastor qui nos hodie securos reddidisti, Verę
hec & consimilia non sunt scandalosa nec erronea non redo-
lent heresim non impietatem. Ratio, quia seruus iste qui Chris-
stum ante cõspectum Annę in faciem cedebat nihil cõmit-
tebat, quia peccare non poterat qui cum Pontifice s̄tiebat.

Quod ex Deuteronomij. 17. cap, adducitis quid hic faciet:
cũ illic de iudicijs agatur & uestra etiã sententia lex uetus
abrogata sit quatenus ceremonialis est et iudicialis, quid uo-
bis cum sacris literis quas tam inepte ne dicam imperite in
manus sumitis? quanto satius erat hec Achilis arma non cõ-
tingere quę uos rudes potius trahunt ad ruinam, quã ad pug-
nãdum iuuent, ac intra septa contineri, quod si maxime cõ-
tenditis, ad nos pertinere, dicam, quomõ non audimus Epi-
scopos: cum nihil facilius factu sit, illis nihil dicentibus.

Deo gratia, Quod tandem hoc quoque permittitis miseris
mortalibus ut Euangelion eis p̄dicetur: Ego id inter pris-
ma agi oportere putabam, ut scilicet in hunc modum orsi es-
setis. Quoniãquẽ igitur Euangelium Christi per sanctã ma-
trem ecclesiam adprobatum, longo iam tempore per p̄des-
cessores nostros, in sacrosanctis CANONIBVS & statu-
tis Synodalibus p̄dicari p̄ceptum est, uolumus & distris-
cte p̄ci

34

34

De præcipiendo mandamus, quatenus quiuis Pastor siue plebanus habeat unam Postillam Guillerini Parisiensis ex qua per omnem dominicam populo nobis subdito Euangelium exponat iuxta textum alta uoce ut possit audiri. In hunc enim ferme modum si recte meminimus, olim cum non dum sacro unguine delibuti essemus cuiusdam Episcopi statuta Synodalia, scripta uidimus. At uos hæc ad postrema reiecistis Rhetores quosdam imitati, qui potissima iubent ad summam orationem reponi quæ tenacius hereant. Verum si hoc excidisset nunquid non licuisset Euangelium predicare? Videte quo loco res, uerba & consilia uestra sint, quæ commode possem hic unguem in huius uestrum infligere, nolo tamen ne putoris aliqua pars ad .R. D. Constan. perueniat.

36

Absequi unitate ecclesiastica Euangelium esse non posse, non possit quo pacto percipi putetis oportere, capere, nam dum Arrii dogma totum sermone Christianorum orbem infecisset ita ut quæ ab eius partibus starent non modo *ορθοδοξοι* dicerentur sed tanta uir pollerent ut optimos quosque ac recte de Christo sentientes proscriberent. Euangelium erat ut arbitror nam utraq; pars eo nitetur & tamen summum erat dissidium, ergo Euangelium esse potest cum dissidio ecclesie. Hic scio quo libenter confugeretis sed illic caperemini, huc nempe, quod non recte sentientibus non esset Euangelium. Ergo Anastasio & Liberio Romanis Pontificibus non fuit Euangelium quia Arrii adsentiebantur. Quorum igitur erat Ecclesie. Ergo potest esse ecclesia que recte sentiat cuius sit Euangelion etiam si non habeat Romanum Pontificem, quo quid absurdius dici potest iuxta doctrinas & precepta hominum. Verum ne curramus extra oleas, Videmini quantum nos diuinare possumus ad id Augustini respexisse ad quod omnes ceu sub testamonij scutum confugiunt qui traditiones humanas supra Euangelium euehunt. Euangelio non crederem nisi ecclesia adprobasset Euangelium. Hic equitatem uestram implo ro ut libere dicatis an non hoc Augustini dictum uideatur equum esse audacius, aut imprudentius excidisse, fingite enim Augustinum

gustinum nūq̄ natum esse, adhuc tamen erat Euangelium
bonū gratiæ dei nunciū adhuc erat cōmerciū qđ deus gratia
sua cū deplorato hominū genere inierat, idēq̄ futurū erat si
posteaq̄ natus est nūq̄ credidisset, nūq̄ ante Augustinū fu-
erūt, idem senserunt? minime nam nullis id literis proditū
est, porro quod non dum de ecclesiæ adprobatione satis per-
spicue dictū est, Audite Mattheū tradunt rerū scriptores an-
no tandem nono à Christi ad cœlos ascensu primum, Euan-
gelion literis mandasse, quod usus id postulasset, cum has
etenus solo spiritu suggerente omnia & memoriā refrican-
te predicassent, dicite queso quæ nam tum ecclesia cuius nā
Euangelium adprobauit? num hoc quod q̄sq̄ memoria tes-
nebat? Rustici, labi igitur potuit Euāgelium & errare ut sūt
humana, aut hoc quod spiritus à patre & Christo missus sug-
gererat? at hoc esset impium si quod deus ipse gerit opus ha-
bere diceremus humana autoritate. Reliquitur ergo ul' Au-
gustinum fortius q̄ consultius id dictū pronunciasse, aut nū-
q̄ crediturum fuisse si anteq̄ scriptum esset Euāgelium, ipsū
predicari audiuisset, nam nullus hominum tum adprobaret
nedum totum aliqd' concilium. Quod uero hic obijcere mo-
limini ex prefatione Lucæ adparere qđ quedam sit adproba-
tio facta ab ecclesia, nam is tradat multos Euangelium scri-
bere tētasle, id quod ipse facile admitto, cū alioqui diciturus
fuisset. Tentarunt Mattheus & Marcus añ nos ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ scri-
bere, uerū istorum multorū qñquidē Euāgelia nulla extāt
adparere abiecta esse, ut quæ non sūma essent scripta fide. Er-
go quatuor Euangelia ab ecclesia sunt adprobata, dicimus
ad ista omnia? Nos uehementer admirari qđ, dum adproba-
re manifestum sit hoc loci capi oportere, p recipere, adhuc ta-
men quidam adeo cæci sint ut putent Euangelium nihil fu-
turum fuisse, nisi autoritatem à patribus nactū esset, quum
patres nihil aliud egerint, q̄ qđ ἀπόκρυφα et νόθα, i. incerto auto-
re uel etiā spurio prodita refecerunt à natiuis & Germa-
nis, cui quiddam non admodum dissimile etiānum fieri uis-
demus, quum Hercules quidam stercora, à quibusdam male

feriatis in euangelij domicilium illata, expurgare nituntur non adprobare dicuntur Euangelium, sed adserere ac cū fidei Abraham ex hostiū captiuitate reducere & puteos à Philistinis obrutos refodere. Qui enī fieret ut diuina ab humanis autoritatem caperent: aut quomodo non esset sūma impietas ratum non esse putare quod ex ore (ut prouerbio dicitur etiam consuevit) natum esset non hominis sed dei, nisi adnuisset humana inscitia: haud aliter q̄ apud gentiliū Poetas uidere est, omnes omnium deorum promissiones irritas faciunt ad quas Iupiter non adnuuit formidoloso isto supercilio suo. Cum Christus ipse dicat Io. 5. Ego autem non ab homine testimonium accipio. Et paulopost: Ego enim habeo testimonium maius Ioanne. Et iterum: Claritatem ab hominibus nō accipio. Accedit ad hęc quod CANONES uestri tradunt, i. q. i. Marcion. nō in uerbis scripturarum esse Euangelium sed in sensu, non in superficie sed in medulla, non in sermonum folijs sed in radice rationis, fingite iterum *θεοδιδασκαλον* aliquē. qualis fuit Paulus qui Euāgelium nō didicit ab homine in corde diuinitus illustrari consolationēq; accipere, quod Euangelium esse negare nemo potest, nūquid hēsitabit Euangelium esse donec patres adprobarint: Sic tādē Euangelium esse discite, ubi gratia sua deus hominem gratuito dignatur illustrare, ad se trahere, apud se cōsolari ac quietum reddere liberatum ab omni labe peccati, quod dū miser sentit. mirum quam gestiat ac exultet ab inaudito inspiratōq; nuncio, ad stipulante ad hunc sensum Pauli suffragio. Ro. 1. Euangelium Christi, uis dei est ad salutem omni credenti. Ite nunc & dicite Euangelium autoritatem ab hominum concione mutuo accipere, qd̄ si dixeritis, nescio quonam pacto sitis impietatis notam declinaturi. Videte intērim quoq; quantum negocij sit, tam diutine receptas opiniones ex hominum pectoribus eliminare etiam cum falsę sūt aut erroneę. Videte etiam, q̄ sit inurbanum uerba utcunq; in buccam inciderint consarcinare, quo modo ista sūt haud undeq; docte facta, modo à grege & unitate ecclesiastica sine qua Euangelium esse non potest neminem separet.

Vnum

Vnum esse Christum, Vnam rursus ecclesiam supra petram domini uoce fundatam, quis negat: quācūq; sint qui de petra inter se dissideant, dum alij piscatorē id faciant, alij piscium creaturazq; omnium autorem, utri uero sanius rectiusq; rem expendant facile iudicabit Datus aliquis ne dum Cedippus, tum q; uerba Christi huc inclinare uidentur, ut se petram eam dicat esse supra quam edificaturus sit ecclesiam nam cum Petrum appellasset hoc nomine à petra, Tu es Petrus, si uoluisset Petrum esse fundamentum ecclesie non iterum recurrisset ad primitiuū nomen ut diceret, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, sed in Petri nomine constitisset in hunc modum, tu es Petrus super quem edificabo ecclesiam meam. Nunc autem quā ad *πετροῦ τῶν* recurrat adparet sese intellexisse, supra quē sit edificaturus ecclesiam ac si diceret: Ego o Simon ob hanc solidam diuinitatis mee confessionem nomen tibi indam huic confessioni quadrans ut à me qui petra sum (petra enī Christus erat, 1. Cor. 10.) iā Petrus adpelleris, nec id nomen tibi durum uideatur uelim & inciuile, hęc petra à qua nomen accipis fundamentum est ecclesie. Tum quod ueterum in hoc sensu unanimes est concordia, Cathedram autem quam hic additis, nescio in sacris literis huic negotio uspiam esse adiunctam quamuis nō ignorem cathedraz mentionē in Euangelio haberi semel atq; iterum, dum cathedras uendētium columbas Christus euerit Mat. 21. & dum scribis & Phariseis obprobrat q̄ negter cathedram Moyses occupent. Mat. 23. sed hęc ad uestrum, propositum nimis inauspicata sūt. Quod si cathedram eam intelligitis ante quam omnes stabimus rationem reddituri, facile permitto ut sicut unus est deus ita thronum esse unum, ubi Christus est in dextera dei sedēs Col. 3. ad quem nos idē Apostolus hortatur ut cum fiducia festinemus ad Hebr. 4. inquiring: Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratie eius ut misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Porro si de hominum sedibus capi uultis nihil ferme uidetur à uero alienius, nam tot sūt sedes & ca

f ii thedrę

thedre quot accubitus & iudicia uel fora. Altare unū esse et unum sacerdotium etiam si negare uellem, conuinceret Paulus Hebr. 13. Habemus altare de quo fas non edere habent qui tabernaculo deseruiunt &. 1. Cor. 9. ubi semp unius tm altaris meminit, de sacerdotio conuinceret idem ad Hebr. 7. ubi aperte probat qd' sacerdotium uetus translatū sit in Christum, quem superius capi. 4. ἀρχιερέα magnum adpellauit hoc est sūmum sacerdotē (nam Pontificis nomen idololatrę quoq; usurparunt unde nobis magis arrideret si gręcum nomen eius loco receptum esset) imò multis argumentis constituit eum perpetuo futurum ἀρχιερέα iuxta ordinem Melchisedec.

38 Crede mihi ipse Orpheus non magē uera canet, q̄ quod dissipat, dispergit, uastat quicunq; ad Christum non colligit, Mat. 12.

39 Qd' hoc loco iterum incaute nimis effutiuitis hactenus solum permittam ut uideatis q̄t absurda sint cōtra ius CATHOLICVM sequutura, cuius uos arbitror esse propugnatores, si ratum erit quod his uerbis promulgastis. Adulterę est impiū & sacrilegum, quodcunq; humano furore instituitur ut ecclesię dispositio, uioletur. Ergo impij sunt, adulteri & sacrilegi qui Ro. Pōtificem sūmum sacerdotem, principem sacerdotum, aut uniuersalem Episcopum esse contendunt, quia ecclesia id tentari uetuit in Concilio Africano di. 99. primę sedis. Adulterū, impiū, & sacrilegum est qd' suburbanī Episcopī quos Suffraganeos adpellamus, quidā autem fictitios Episcopos, ecclesijs sibi cōmissis panem uerbi cęlestis non dispensant, quia id precipuum est imò unicū Episcopī munus quod qui neglexerit canis impudicus dicitur. 2. q. 7. Qui nec. Taceo Christi institutum, qui dū suos in messem emitteret non aliud mandauit q̄ ut Euangeliū predicarent omni creature Mar. ult. Taceo Paulum qui se dicit non missum esse ut aqua tingeret sed Euangeliū pmulgaret. Adulterum erit impiū & sacrilegum q̄ sacerdotes bella gerunt, quia non debent se imiscere negocijs secularibus

bus. ut toto Titulo terciij libri Decretal. cautum est, cū tamē
uideas nostra tempestate multos Episcopos etiam, non mi-
nus apud pocula madere q̄ Leontinos, non minus indulge-
re uoluptatibus q̄ Crotoniatis, mēsis uero ul' Trapezis uin-
cere etiam Iudeos. Adulter erit impius & sacrilegus, quicūq̄
q; Episcopoz diuitem aut ambiciosam supellectilem habu-
erit, qualem eos nostra tempestate uidemus habere, qua Re-
ges etiam uincunt, quia in concilio Carth. id uetitum est di.
. 41. Episcopus. Adulterinum est impiū & sacrilegū si Epis-
copus iudicem agat rerum secularium, quia diuersum facit
quam habeat ecclesie dispositio. 11. q. 1. Te quidem, qui ta-
men etiānum fœnus suum danistē non per alios iudices au-
spiciatius exigant q̄ per Episcopos. Adulterinum est, impiū
& sacrilegum qd' fictitiij Episcopi, p̄ benedictionibus uestiū,
ararum, temploꝝ, penē modios pecuniarum exigant, quia
in iure Canonico multiphariam, id negatum est. Quicūq; q;
sacerdotibus coñubia negant Episcopi, Adulteri sunt p̄ ue-
stram istam maximam, impij & sacrilegi, quia ecclesia oli di-
sposuit ut Episcopus esset unius uxoris maritus iuxta Pau-
li ad Timo. & Titum traditionem, dist. 26. per totum & Gā-
grense concilium uetat uxorem contemnere pretextu religi-
onis. 28. di. c. Si quis. & si q̄s discernit. Quicūq; supra duos
solidos, quos cathedraticos adpellant exigit Episcopus, hac
sinitione uestra impius est, adulter, & sacrilegus, q̄a 10. q. 3.
placuit & ibi. Illud te, cautū est ne supra quam dictum est à
Parrochianis exigatur, deseret me tempus si cūcta uelim ab-
surda colligere que ex hoc robusto axioma uestro nascerē-
tur si non infirmaretur. Hoc tamen interim obsecro conside-
retis, nempe q̄ fallacia sint & imbecilla, que ab homine q̄n-
tūis sapiente excogitantur non ad normam diuine uolun-
tatis aut scripture, id qd' uobis, ut pace uestra dicam, frequen-
ter imposuit tum hic tum alibi huius p̄areneseos. Nam cū
paulo ante Christi uerbum Mat. 12. attulissetis: Qui non cō-
gregat mecum spargit, erecto animo expectabam, an essetis
huc conatum, quorsum certe oportebat, admoliturū, ut me
f iii adhor

adhortaremini quo uehementius ac fortius omnia ad Christum traherem, uerum longe aliter euenit, nam ut arbitror in hunc tantum usum adduxistis ut hoc *ἐξίσωμα* uestrum firmaretis, quod quibus probe feceritis liquere satis puto ex precedentibus. Imò per deos oro, quid tandem existimetis esse blasphemiam, si hoc non uideatur uobis esse blasphemia ubi creaturam damus quod dei est: quum sic argumentamur aut potius nugamur. Christus dixit qui non colligit mecum dissipat, nunc ut cupiditates nostras non tam expleamus quam prodamus, subnectimus. Adulterum est impium & sacrilegum, quodcumque humano furore instituitur ut ecclesie dispositio uioletur: Cui non pateat iam hulus uestrum: cum enim in superioribus ad uestras traditiones uel Euangelium uel Euangelicam doctrinam uel Christum, uel dominum uel Euangelii magistrum semper coniugaueritis, hic tandem coegerit dolor nihil tale pretextere, quis non uidet unde nati sint hi gemitus & suspiria?

40

Non deijcere & impugnare dicitur ratio &c. pro deijciendis & impugnandis esse dixistis schemate dicendi Grecanico, quo cum uobis tantum est commercij quantum graculo cum fidibus. Ad rem redeo. Maiorum traditiones ut paulo ante diximus quanto magis Euangelicam & Apostolicam doctrinam redolent tanto magis suspicimus omnes, quanto longius ab hac recedunt, tanto magis fastidimus. Quod autem ad me adinet. Diuersum prorsus atque uos insimulatis egimus agemusque inconcusse, nam ut exempli causa loquar, cum oues nobis creditæ excommunicationis institutionem Mat. 18. autem dicerent à Christo factam esse, si peccauerit in te frater tuus &c. ceperunt mox ratiocinari, mecum, ergo si quis non peccat excommunicari non potest, legem enim intelligere aliter non licet quam iuxta mentem legislatoris, ac nisi precibus uehementer obluatus essem ut nihil temere mouerent, iam tunc abiecissent excommunicationis lora, de ea autem excommunicatione loquor qua pro credito uel locato, uel quocumque modo contracto gre alieno excommunicamur. Hoc uobis exemplo patere potest quam equus aut iniquus sim uel pacis cociliator uel discor
dic se

dię feminator, quum solis pijs precibus in ordinē cogam, cui
per legem diuinam nihil se debere sciant, eos qui sine consci
entię discrimine resilire possent, tum quod firmiter diuinis
fidunt, tum qđ libertate patrię freti non quemuis uentum tē
ment. Quin sexcētis id uerbi palam diximus, obtestor uos
per Christum Iesum Per cōmunem fidē ut nihil temere im
mutetis, sed sola patientia si non alia re probetis omnibus
uos esse Christianos dum propter infirmos ea feratis quę ex
lege Christi ferre non est opus.

Hic tuo iudicio peris o forex cum eo numero mutato qđ
solus Reuerendissimum dominum decet quoq; solo uti con
sueuit, ad te unum descendis cum dicis: Neq; enim hic audi
endos esse consentio, nūq; id facturus nisi placuisset hac nos
ta ostendere huius te festinę orationis esse opificem, haud ses
cus atq; ille quem tradunt Palladis clypeum fabricatum esse
qui imaginem suam adeo artificiose ad sumum clypei in ses
tuit ut ea soluta uel ablata clypeus ipse dilaberetur, sed ut te
tibi clarius representem quo minus te latere putes, is es qui
aliquando mecum priuatim multa contulisti, altera tamen
uice, huc infantię ueniebas ut diceres orationem exercitium
esse corporale, nā uerborū adhuc memini, cūq; te omnes ride
rēt qui aderāt dii boni quibus ambagibus id adserere cona
baris: ut frontem complicabas: quo risum irato uultu discu
teres, qđq; te hac parte beatum existimem qđ tātus es (tua sal
tem opinione) ut te iratum reuereantur boni etiam uiri uerę
sua magis urbanitate ducti qđ tuo supercilio. Tibi igitur qđ
cuncq; tandem es edico ut à calumnijs quibus te hactenus as
menasti temperes nec renascenti Christianismo tam insulse
ac peruicaciter obstrepe, aut sero τὸν λιογῆν inciuilius detra
ctam flebis, satis sit iam tertio ignotum esse, nemo te in tuo
atrocitate sepiarum ritu latentem diutius ferre poterit, capiēt ali
quando boni iuxta doctiq; penicillos ac te tuis coloribus
distinguent. Verum res hactenus bene habebit si resipueris
aut saltem calumniari, ac picentissimum p̄sulem irritare de
siteris, quamobrē te hortor ad te redeas, nā conatibus tuis
tam

tam abest ut cessurus sim ut optem, si unquam pugnandum sit non alius hostis contingat quam tu, cuius est diuerso & amicitiam haud parui fecero, si pectus te dignum resumpseris, nunc ad rem redeo.

42

Quis tam hebes est ut idem sentiat de Apostolis quod de pseudapostolis: a quibus nam hoc auditum est qui hac tempestate Christi doctrinam mundius ac sincerius tractant: a nullis profecto alijs quam ab his qui suam abominationem in locum dei statuerunt. Hi iam audent pia scilicet ista effutire, quod tandem fuerunt Euangelistae: qui Apostoli: nonne homines: labi ergo potuerunt, errare, decipi, idem est dei spiritus tam ultima tempestate potest Thomam aliquem inspirare quam in ipso exordio Saulos ac Simones, quasi Euangelistae suas opiniones, istorum more nobis tradiderint, & non totum quod agunt in unum Christum referant, ac de solo scribant, quod egerit quod docuerit: quasi Apostoli paribus sarcinis populum dei onerauerint, atque pseudapostoli. Praedicabant Apostoli Christi doctrinam purissime, nam conscientias delictorum terrore detectas erigebant ad bonam spem uerbo Christi quod fallere nequit. Praedicant hodie quidam humana deliramenta pro cacissime, ac mentes uere liberas terrent docentes esse peccatum ubi nullum est, animarum crudelissimi parricidae. Praedicabant Apostoli dei filium mera liberalitate non tam ignouisse se omnium delictis quam pro omnibus sese hostiam expiatrixcem dependisse. Praedicant hodie pseudapostoli nullum tam leue commissum esse quod non humana satisfactione elui oporteat. Non permittebat Petrus ut se supra hominem aliquid esse putaret Cornelius dicens: Surge & ego ipse homo sum. Exigunt pseudapostoli diuinos tantum non honores, ac instar Domitiani dominus deus dici patiuntur. Non docebant Apostoli aliud quam gratiam dei agnoscere & quod per Christum eius plenitudo aduecta esset. Non cessant pseudapostoli onera graui & importabilia humeris mortalium obrudere, quibus cogant admissa sua, haud aliter atque mercem aliquam redimere pecunia, ac si illa desit, uelste, cibo, potu, aut laere ipso, Non

Non parcitur orphanis, non uiduis, pecuniam omnino habere oportet, qua sine deum negant propiciari posse. Itenunc & Apostolorum doctrinam ita in suspensionem uenire posse adserite ut Pseudopostolorum, quasi quicquam tam stupidus sit ut non li- quido uideat quid nam sit à diuina benignitate per Aposto- los in nos liberaliter transfusum, quid contra ab humana cu- piditate per hypocrisim profectum.

Generalia concilia nescio an ea intelligi uelit quatuor, que quidam tra- dunt Euangelij loco haberi debere, an omnia, si illa, nolim equidem illis quocumque detractum esse, quancumque quod equam illis fidem haberi uolunt atque Euangelio, nescio qua- pium sit, uiderint hi qui hoc pronunciant, si omnia. Rogabo uos nunc omnibus, fidem seruari debere sceleratis inuolataque custodiri: quod si dixeritis obsecro ut hanc controuersiam explis- cetis, utris nam accedendum sit, ihs ne qui ut habetur di. 25. 26. & 28. ac. 29. statuerunt ut Episcopus sit unius uxoris maritus, An ihs qui nuptias demoniorum instinctu uetant, nonne hic ad scripturam recurrere oportebit? Omni enim spiritui credere uetat Ioannes, sed explorare nos docet spiritus an ex deo sint, ad quem uero lapidem probabimus quod eum qui factus est in caput anguli: qui ab hominibus reprobatus est, à deo autem electus: sed is negat castitatem capi à quoque pos- se nisi desuper ei datum sit. Ergo scriptura erit super concilia, nam concilia ubi inter se dissentiuunt nulla alia ratione quam sa- crofacta scriptura iudicari possunt, ultra scilicet iuxta eius nor- mam propius inceserint, id quod semper factum est apud uete- res, ac ea que cum scriptura Canonica consentiunt (ea enim sola mendacio uacat ut uestra decreta habent di. 9. c. Ego) re- cipienda nimirum erunt ihs que dissentiuunt reiectis. Rogo inquam nunc utri concilio parendum sit, ei ne quod nuptias per- mittit Episcopis an ei quod negat, dicetis nimirum quod ei quod ne- gat, at ediuerso obijcio Gangrensem synodum, que anathe- ma esse pronunciat si quis nuptias Episcopo non licere sen- tiat, ac si ad Euangelij lapidem exploraueris, respondet Eu- angelium, consentit Paulus. Hoc igitur si humane constitutio-

nis uolentia tollitur noīe diuina coguntur humanis cedere: qua abominatione quæ nam terribilior inueniri potest: quasi humanis diuina sarcire uelimus & quæ imperfecta fuerint absoluerē, sic enim tu adseris ο μιλωδης, nunc enim ad te unum sermonem conuertam, dixisti enim aliquñ (ubi loci ipse non ignoras) in eum usum dixisse Christum Io. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo, ut quædam sui testamenti reponeret per Thomas & Scotos postea promulganda, qđ qđ impie dixeris audī: Tristes erant Apostoli qđ audissent quendam è suo consortio Christum esse proditurum, qđ multa audissent diuina quidē illa sed quæ non ad imam usq; mētem descendissent, merore obstante, quod audissent malorum catalogum in se uenturoꝝ ob eamq; rem plerq; nequicq; audiebant, quod ubi sēisset Christus maluit quædam sub aduentum Paracleti uel explicanda differe quæ hactenus minus intellexissent, quo ille familiarius eis innotesceret, uel per se prius dicta per eū refricare, dixerat enim Io. 14. suggeret uobis omnia quecūq; dixero uobis. Ecce hic habes uobis, Apostolis nimirū nō Thomas, Scotis, Bartholis, Baldis, idem subiicit post ea ꝑba quæ tu ex .16. cap. non sine ueritatis iniuria detorques, cum enim dixisset adhuc multa habeo uobis dicere, uobis inq; Apostolis subiunxit tamen: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem, uos inquit non quosdam Aristotelis discipulos uerius q̄ Christi. Qđ si ueritas mentis ri non potest, ut & non potest, ergo Paracletus docuit uos o Apostoli omnem ueritatē, ut ea quæ hactenus minus acceptis clarius intelligeretis, quæ nūq; aggredi ausuri eratis, fortiter obiretis, quæ futura nemo sciebat eius instinctu prædicaretis. Apostolis ergo ut promiserat ea quæ prius capere aut ferre nequerant spiritu doctore nota fecit. Vides iterū qđ inspicite sacras litteras uerses, unde suadeo ut aliquanto tempore non aliud agas q̄ diligenter spectes quomō doctissimi quicq; eis utantur, nec ulla parte in manus sumas absq; præiudice, alioqui fieri facile possit ut in magnum aliquē ac perniciosū

ciolum terrorem incideres. Verum ut uideas quod nullius pen
si sit ea que ipsi uelut meliora prestituri diuinis effinximus
hac ratione tecum agam. Nouum testamentum prestantissi
mum esse omnium que unquam initurus est deus cum humano ge
nere non negas, ut reor, aut si negas lege cap. 8. Pauli ad He
breos imo totam epistolam & negasse mox pudebit, id autem
si imperfectum prestitit Christus, fuerit Mose nimirum longe
inferior, qui uetus ita absoluerat ut ueraret uel addi quicquam uel
demi Deut. 4. & 12. Porro si uix tandem per Durandos pas
ludes & Scotea que deerant hactenus, addita sunt, imperfec
tum habuerunt superiores usque ad proximos ferè trecentos
annos, imperfectum tradiderunt Apostoli, imperfectum tradi
dit Christus dei filius patri ex omni parte similis, & equalis
quo quid blasphemius dici potest: attamen aliud non dicunt
quicumque humanas traditiones hoc preteritu quemadmodum
diximus, diuine legi uel equant uel preferunt aut necessarias
ad salutem esse contendunt, ergo blasphemii sunt in deum in
Apostolos, ac in patres ipsos, quos tanto studio defendunt,
sed ut apertius me capias audi: Si uel sine conciliorum decre
tis quibusdam quis, uel Sophistarum quorundam opinionibus fie
ri saluus uequit, ergo Apostoli salui facti non sunt, & primi
tione Christianorum neque que saluæ facte sunt, nam deerant eis hæc
decreta deerant opinionibus istis tam aperte uix tandem expo
site, Vide quorsum te ipsum abducas aut potius quorsum te
ueritas trudit. Vnde profecto totum hoc quod hodie digladi
mur non est aliud quam quod Christus inquit Luc. 16. Audiebant
autem omnia ista Pharisei qui erant auari & deridebant eum,
& ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus,
deus autem nouit corda uestra, quia quod hominibus altum est,
abominatio est ante deum. Enarra mihi o bone frater hunc
locum, inuenies proculdubio frustra nos colere deum doctrin
na preceptisque humanis. His enim elementis Christianum des
criptum esse oportet, nec dogmata statuere, nullius enim pre
cipij sunt. Coloss. 2. Concilia igitur quecumque tandem si diuine
legi sint conformia quis non suspiciet? quod rectius mihi sen

re uidentur qui hic dicunt, Si concilia diuine legi sint cōfor-
mia quid opus sit eis acceptum ferre id quod retractarūt so-
lum, ac non potius ipsi scripturę sãctę quę testimonium ma-
ius habet iuxta Christi x̄bum, nam testimonium dei maius
est hominum testimonio, ut cui Ioannis baptistę quoq; testi-
monium cedat Io. 5. Si uero contra, diuine legi reclamant q̄s
non mox id Apostolicum ingeret: obedire oportet deo ma-
gis q̄ hominibus. Propterea perpetuo cauendum est ne un-
q̄ quicq; statuat quod non examissim quadret cum coele-
sti ueritate quę se tam humiliter offert ut capi facile possit, ac
tam aperta est & clara ut ab hominibus claritatem non acci-
piat Io. 5, quamobrē hac una duce ac magistra opus est ad di-
scutiendum quicqd in controuersiam uenerit. Pacescant igitur
qui hac tempestate, concilijs quorundam Typhlepiscos-
porę putant discordiã quę de scripturę autoritate inter Chri-
stianos hodie uertitur cōponi posse, ni una scriptura magis-
tra eaq; diuina, non humana cupiditate prodita, cūcta pers-
agant. Scripturam capi uolumus non literam occidentē sed
spiritum uiuificantem. Sed metuo nimis ut id qd paulo post
supradictum Christi uerbum sequitur in quosdam ex eis di-
ci possit, nempe, sed cognouī uos quia dilectionem dei non
habetis in uobis. Id uerbi (nam ad omēs uos nunc redeo cō-
sultores) sūm opere nobis metuendum est ne. R. Hugoni à q̄
q̄ imputari iuste possit, nempe ne uobis impulsoribus uide-
atur oculos suos magis q̄ Christum amare, rei studere ma-
gis q̄ salutē. Quod tum indubie fiat cū huc traxeritis ut an-
te omnia uelit diuinam mentem ac sententiam omnibus, E-
uangelij prædicatione fieri q̄ apertissimam. Hoc enim pacto
reddetis nomen eius cędro dignum & celo. Sed ueh misero
mihi quid operam oleumq; perdo: quasi non luce clarius p-
omnem orationis contextum cuius luscioso etiam pateat
quid uos premat, tametsi pulchre dissimulatum putetis. De-
us opt. Max, fax it ut discussis aliqñ nebulis claram spectare
lucem possitis, Amen, optimumq; Præsulem non perpetuo
cogatis utroq; poblite claudicare Amē, sed in uia ac lege dei
bene

bene ac inoffense, sine humanarum traditionum fascino curere permittatis, Amen Amen.

De his quos uita pariter & doctrina comendat legite uestros sacrosanctos CANONES dī. 9. c. Ego. Sic habetis, quod ex Augustini sententia solis ijs indubitata fides debeat, qui eius scripturae autores sunt quae Canonica dicitur (ea autem est quae intra biblia continetur) Alios autem ita legatis ut quatuorcumque uel doctrina uel sanctitate polleant non ob id uerum putetis quod ipsi tam sancti tam docti ita seferint, sed quod scripturae canonice robore persuadere potuerint non quod ipsi sentiebant sed quod spiritus dei adhuc in uerbis suis spiras. Ecce uobis scripturam magistram, doctricem, ducem, non patres non ecclesiam hanc quorundam, male intellectam, id quod paulo post clarius legetis eadem dī. c. Quis nesciat. Atque hoc interim admonitos uolo, Canonibus uestris me solum propter uos uti, nam illis uideamini non minus fidei habere quam Euangelio quae doctrinae Apostolice quae omni simul diuina benignitate allatae scripturae, non quod uel me uel quenquam diuinitis fidentem eisdem Canonibus oppugnare liceat nisi quatenus tum nihil a diuinis dissentiant, uerum quid tum opus erit Canonibus ac non potius scripturae sacrae cedere?

Quamobrem queso ceremonias sic mordicus tenetis? cum ad tempus tantum seruari debere ipsi sentiat? in quod nam tempus earum antiquationem reijcitis? an diuinam clementiam nunc ab his auocantem negligi oportere censetis? num putatis tam preclaris ingenijs spe frustratis, alios unquam ausuros bellum cum eis reparare? aut impune abluros eos qui herescentem Christum hodie non tam negligunt quam impediunt? An non timetis eum qui dixit Mat. 11. Et tu Capernaum nunquam usque in caelum exaltaberis? usque ad inferos descendes. Quia si in Sodomis factae fuissent uirtutes quae factae sunt in te forte mansissent usque in hanc diem, Verumtamen dico uobis quae terrae Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi, non timeas inquam germaniae quaeque populis aliquam si presentem occasionem neglexerint comminaturum, Et tu Germania cuius strenuum for

tēq; pectus à belli tumultibus ad ueram pietatē traxi omnis
 genisq; disciplinis ditauit qd' haberes latera ad omne studij ge
 nus solida, ut doctē cōmodeq; religionem à quibusdam fœs
 de conspurcatam, mundissime ebuccinares, num ob eam rē
 ad cœlum usq; laus tua exaltabitur, quod ceperis id quidem
 uerum ad umbilicum nō perduxeris: minime ad inferos enī
 usq; detruderis, qd' lucem uenientem in mundū neglexeris.
 Quia nulla tam barbara gens est, quę si tot occasionibus ad
 ueram pietatē plantandam inuitata fuisset tanto torpore des
 sedisset. Verūtāmē incredulis imò Sodomeꝝ ciuibus mitius
 iudicium eueniet q̄ uobis &c. Videtis hic rursus qd' totus
 sermo uester ad umbratilia quędam bona eos trahere conat
 tur qui iam didicerunt patrem in spiritu & ueritate adorare.
 Si ad tempus seruandę sunt ergo aliquando abolendę sunt,
 at quid uetat hodie antiquari: præsertim huc spectante mun
 do, huc tendentibus omnibus iuxta pijs atq; doctis. Sed dis
 cetis ad tēpus istud quo nimirē *τιφλεπισκοπος* quidā permit
 tant aboleri, an putatis eos quorum uita crapula est, quorū
 deus uenter quorū non laquearia mō sed & mulę & scaphia
 deaurata sunt, unq̄ ad tam bonam mentem redituros ut ali
 qd aboleri sinant quod patinis et loculis detrahat: antiquabi
 mus igitur cū sūma tranquillitate multa quę ad salutē ut nihil
 conducunt, ita seruata, quorūdam inexplebiles cupiditates
 nunq̄ satiare possunt ni detrahantur, quamobrē iā desistite
 uociferare ceremonię ceremonię, Surdo enim fabulam nar
 rabitis.

46

Nunc primum discimus miseri mortales Rempub. Chri
 stianam sine ceremonijs constare non posse, cum melius nūq̄
 q̄ constitit q̄ ea tempestate qua ceremoniarū q̄ minimū
 fuit, discimus denique ciuitatem administrari non posse ni
τιφλεπισκοπος templi muros aqua, sale, cinere, lustrēt, ni aras
 OLEOSACRO saginent, ni campanica cœra aqua conse
 crata tingant, nam hęc si negligerētur periret ordo politicus,
 quasi antea q̄ hęc recepta sint, urbes non sint optime admis
 nistrate. Non negamus Christi doctrinam imò adserimus
 pluri

plurimum ad Reipub. tranquillitatem conducere mō pure
doceatur. Verum ubi ceptum est ciste non Christo consuli
ā quibusdam hypocritis, nescio an ulla res potuerit urbibus
euenire magis pernicioſa, nam qui fieri potest ut hæc pacem
ac tranquillitatē conciliet? Nos sacerdotes sumus, uos ppha
ni, nos docti uos idiote, nostre sūt clauē, uestra sunt inania
marsupia, nobis ociosis degere licet, uobis in sudore uultus
uelci pane. Vos cohercitos ab adulterio oportet, nos p omne
genus libidinis impune grassabimur, uos uectigalia pende
tis ac tributa, nos oblatiōibus uestris ocia nostra solabimur,
uos uigilias noctis ac stationes seruabitis, nos securi omniū
in altum usq; diem sterremus, uos hostem à mœnibus ppe
letis, nos uerat religio ciuem à periculo liberare. Scio quid
hic dicturi sitis, sed tacete obsecro, nonne hæc omnia sunt ce
remonie, sine qbus urbes labi dicitis? Verū noster ille Chris
tianissimus cuius urbi accōmodus est, legibus paret ac ma
gistratibus populi, cui tributum debet pendit, cui uectigal,
pendit, cui censum, pendit, substantiam nullam quisq; suam
dicit, omnia cōmunia censentur, cupit qsq; alium beneficijs
anteuertere, mansuetudine demereri, laborem alterius parti
ri, egestatem leuare, fratrum enim loco omnes colit, blasphemiam
detestatur, pietatem amplectitur ac apud omnes am
plificat. Quid multa? uanius q̄ uerius imò inuidiosius di
ctū est sine ceremonijs urbes ac ciuitates dilabi ac p̄ire in hūc
certe usum ut Euangelicę prædicationi uulgo nascatur odiū
ac obstrepatur. Videte Act. 6. Testium falsoꝝ uerba in Ste
phanum, q̄ longe absint ab hoc uestro sermone. Homo iste
non cessat loqui uerba aduersus locum sanctum & legē, au
diuimus enim eum dicentē qm̄ Iesus Naçareus hic destrux
et locum istum & mutabit traditiones q̄s tradidit nobis Mo
yses. Nūc uestra subijciam, sic enim periret omnis ordo po
liticus, qd' nunc sequeretur uobis cogitandum relinquo.

Non nego seruanda esse que cōmuni omnium consensu
decreta sint, sed ijs qui decreuerunt, sed tum etiā cum omniū
consensus accessit, qui quantum uobis ipsis uideatur access
sisse

sisse sequentia manifestant.

48

Aut saltem acceptata, per hæc enim acceptata adparet uos non alia intelligere quæ ea quæ quorundam peruicax potestas plebi Christianæ obtrusit inuitæ & reclamanti etiam. Postea enim quæ res huc uenerunt ut Pontifices adsererent se rerum omnium dominos, condendarumque de libidine legum ius habere, nec errare posse, quid non ausi sint prescribere: rursusque quæ tam infœlix futurus erat ut contra niteretur: presertim cum uulgi simplicitas, qua isti strenue sunt abusi, tametsi non sine fastidio, mutire tamen non auderet. Quæque quid refert hæc multis refellere, cum luce clarius hac nostra tempestate uideatur quo pacto uel tam communiter consensum sit uel ceremoniæ acceptatæ (ut uestrate uerbo utar) cum cernimus uulgo his quæ comuni consensu decreta uideri uultis reclamari, & quæ recepta, reijci, En uobis communem consensum uestrum en acceptata. Imperata sunt ferme omnia, idque procacius quæ Christi spiritus dicitur. Nam, ut exempli causa unum tantum ex tot millibus producamus, nemo auersatur pius in templorum consecratione preces, superstitiones autem nimias nemo probat, exactiorem, omnis simul natura detestatur, detestantur canones uestri, detestantur prestita iuramenta, nunc autem cum tot talenta ob eiusmodi ceremonias exiguntur dicitis communem consensum aut receptionem accessisse, cum nihil sit minus. Narrabo uobis hic rem ante paucos admodum dies gestam, quo pateat, quæ uere in exigenda pecunia pro consecrandis templis consensum sit. Lustrauit Suffraganeus quidam templum quoddam ac aras in eo aliquot, uolens omnium nominibus parcam, ac precium poposcit lustrationis, aureos Renenses. 12. de templo, de coemeterio. 10. quinque de singulis aris, Ibi cordatior paulo sacerdos prodijt, id Christi obstrepens gratis accepistis gratis date, & Simonis anathemate dignum esse qui dona spiritus sancti uendere ausit uel uendi posse credat Act. 8. Tum Suffraganeus iste contracto supercilio Ego inquit ob hanc causam non multis uobiscum agam quæ simoniam incurrere metuum, unde pacisci uobiscum nullo pacto

pacto uolo sic enim incurreretur sacrilegium (cui fecere nos
men à Simone mago simonie) sed hunc aureorum numerū
à uobis exigo, nō pacifcor. Hic pauperculi coacti sunt sex et
uiginti aureos mutuo acceptos perlonato illi Episcopo pen
dere ne simoniam scilicet cum eo incurrerent. Hic clare has
betis, quomodo hæc onera sint uel recepta uel præcepta. Mas
luit enim fictitius iste Episcopus præcipere pecuniam q̄ pas
cisci. Ite nunc & dicite recepta esse quæ tanto fastu ac insolē
tia præcipere quidam ausi sunt, sexceta narrare possem de eo
dem Suffraganeo risu dignissima quæ uel egit uel dixit apud
rudes agricolas sese iactando, sed uetat institutum, omnia ali
q̄n in luce clarescent, si lucem tenebriones isti obscurare non
cessabunt.

Qui ad scripturę normam doctrinam dirigunt non pro
libidine sensus sui docere dici possunt, sed hi qui sine sacra
literarum autoritate id tentant, c̄tra p̄fus q̄ Paulus Timo
theo permittat. admonet enim eum. 2. Ti. 3. Tu uero mane
in his quæ didicisti, quæq̄ tibi credita sunt, memor à quo nā
didiceris, & quod à teneris sacras literas nosti, quæ te possunt
admonere ad salutem per fidem eam quæ est in Christo Iesu.
Didicerat à Paulo Timotheus, Paulus à Christo, eodē tamē
spiritu uterq̄ ductus erat in cognitionem rerum sanctissima
rum. In his permanere iubet Timotheum Paulus, at non p̄
manēt in his, qui iuxta uestrū uerbum pro motu sui capitis
negocium hoc gerunt, sed hi qui *Ευμφορέτης* *Εὐφωρ* *Εὐφωρ*
iuxta eiusdem Pauli uerba hoc est iunctissime ac indistracte
eis adherent, scientes q̄ omnis sacra scriptura à deo inspirata
est, & utilis ad docendum, ad arguendum, ad dirigendum.
ad disciplinam eam quæ est in iusticia, ut absolutus sit homo
dei ad omne opus bonum perfectus, qui carni acquiescunt
& sanguini pro motu sui capitis docent, qui diuino spiritui
ex sacris literis dulce spiranti perpetuèq̄ uernanti, è sensu &
mente dei, qui minime recens est, Nam Propheta eum an
tiquum dierum uocat Dan. 7. Qui igitur ad eius mentē cū
sta uocant, ad illius sensum & censuram cuncta examinant,

b

non no

non nouam censuram ineunt sed ad antiquam uocāt ad q̄m
Hieremias quoq; hortatur. 6. cap. State super uias & uidete
& interrogate de semitis antiquis, quę sit uia bona & ambu-
late in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris. Vis-
detis qđ in uetusta censura requies inuenitur nō in noua, cui
uos tam obstinate adheretis & tamen nouationis insimulas-
tis eos qui ob hoc unum bellum uobiscum uobisq; similis
bus gerunt qđ nimis licēter nouata antiquēt, & antiqua uel-
luti postliminio adserant, id qđ per uestros CANONES
licet. di. 9. Quis nesciat, ubi ut sūmatim omnia stringam in
Canonem recepistis, quod γραφή θεόπνευστος. i. scriptura diuī-
nitus inspirata incōcussa perpetuo maneat. Episcoporum
autem scripta reuelli possint modo habeant quid ab illis dis-
sonum, non solum à cōcilijs, uerum à quouis etiam, qui do-
ctior sit. De qua tamen re peculiarem libellū cudere statui si
deus aūuat, ac se digna inspiret: Nēpe de uī & usu scripture
sacrę, utimur enim sacris sepe numero impure.

50 Si in ore multitudinis omne ŷbum iam inde ab exordio
Euangelij stetit, ubi nūc queso Christianismus esset: pau-
citerant Apostoli, sed Pape quot gentes & regna ad Christū
conuerterunt, atq; ut id intrepide facerent nihil ob paucitatē
cunctantes, consolatur eos Christus Luc. 12. Noli timere pu-
fille grex, nam placuit patri cœlesti uobis dare regnum. Pos-
sem hic reterege insignem stultitiam quę sub his uestris uers-
bis latitat, quis enim gentiliū unq; Philosophorū tam he-
bes fuit ut multitudinis iudicium anteferet, paucorum, mō
cordatorum, iudicio: aut quo uenturum esset si hodie multi-
tudinis iudicio staretur: noñe de uobis deq; doctrina uestras-
te actum esset: adeo nihil referre putatis expuere quicqđ in
buccam uenerit, possem inq; longe procacius uobiscū agere
nec id iniuria, malo tamen uobis parcere, qđ spem concepe-
rim non paruam ubi ad uos redieritis, sitis palinodiam cāta-
turi.

51 In his, additis, quę diuine legi non repugnant, non capio
hic uos fateor. Nam si de medijs uobis est sermo, quę iuxta
Philo

Philosophorum opiniones nec bona sunt nec mala, cur hic istas tractatis nugas ubi negocium Christi uertitur, rursum quid uobis cum illis qui Christianismi defensores uideri uultis? ad quem qui non colligit spargit, ad Christum autem qui fieri potest ut uideamini colligere cum ad ea colligatis quae saltem diuinae legi non repugnent. Qui non cum Christo est contra eum est, ergo si cum his medijs estis, non estis cum Christo, nihil enim Christo cum mundo. Si uero de his legibus capi uultis quas diuinas quidem non esse nec bonas admittitis, malas tamen esse negatis, quid uobis cum hisce legibus? nunquid uobis iudicium commissum est de diuidendis agris de aquae ductibus, de stillicidijs, de uicinia, quaeritis ne illas quidem uobis permitto non sanctas esse, si ad normam diuinae uoluntatis respondeant, per eas enim iusticia potest administrari & conciliari pax quae Christus est. Putatis ne adhuc posse latere sententiam uestram? Tollite Corbonam, et has uerborum ambages sustuleritis. Corbonam autem diuinae legi non repugnetis uobis non permitto, est enim contra amorem proximi, qui ficticijs quibusdam sacris seducitur expilatur excoriatur, dum hypocrisite domos uiduarum absumentur pretextu longissime orationis Legite Matthei cap. 23. & inuenietis quae nam sint ea quae diuinae legi non repugnare adseritis. Deo tamen gratia quod huc tandem uenistis, ut quae paulo ante pro diuinis uendere audebatis, nunc contenti sitis hoc ficto nec intelligibili medio, In his saltem quae diuinae legi non repugnant. Porro ne diutius uobiscum hic agam, Scitote omnem legem quam uos suscepistis tuendam sanctam esse nam a deo profecta est Paulo autore Ro. 7. Itaque lex quidem sancta & mundatum sanctum & iustum & bonum. Nihil igitur est hoc uestrum commentum de his quae non repugnant diuinae legi, cum quicquid bonum est a deo proficitur laco .i. omne datum optimum & omne donum perfectum desursum uenit a patre lumine. Haec igitur uestra si a deo profecta sunt bona sunt. Si a deo non sunt profecta, ut & non sunt, uobis etiam testibus, ergo mala sunt. Si Christi sacerdotes estis Christi legem

adserite, bonam, factam, eternam. Si uanitatum adsertores ut quid sedetis in loco sancto: Quæ à deo profecta non sunt sed ab hominibus mala sunt, bonum enim una tantum ratione atq; origine bonum est, nempe qua à deo est omnis boni fonte, nam alioqui boni fontes plures adserere cogerentur, si enim ab homine posset boni quiddam provenire aut ab ulla creatura fons esset creatura & autor boni, sequereturq; non omne datum optimum &c. esse à deo nec filio dei omnia esse à patre tradita.

52

Cum nauarum tam elegantem similitudinem offenderem uehementer admiratus sum unde nam gentium eam comparaueritis, ac inter cogitandum adest quidam non indoctus uir qui se eadem ferè uerba in quarundam epistolarum farragine legisse adseribat, quamobrem uos obsecro si ita res habet confestim restitueritis anteq; peculatus crimine notemini. Quod autem ad rem adtinet, facile adsentior ingrati uobis esse dissidium quod cum dispendio uestro coniunctum iri uidentis, maximè operèq; cupere ut omnes uobis cedant qui obstat, nec id iniuria, magna etenim estis reputatione apud indoctum uulgus cum ob titulos tum ob doctrine opinionem, eius quam ex Scotis Paludibus Thomabus hausistis. Verum heus aurem accomodate paulisper: Si continuari surgium inter naucleros uidetis è quorum certe numero uos esse reputo, cur & ipsi non ceditis: an quod uobis (ut diximus) putatis omnes cedere oportere, uos nemini, an quod solos recte ad Cynosuram navigare existimatis, alios autem omnis toto errare celo: at hoc presumptuosum fuerit nimis & arrogans, nam & homines estis qui labi possunt, errare, decipi, quod si admittitis iniquum profecto fuerit, cupere ut omnes simul uobis cedant, nisi uos scripture prius cedere didiceritis, sicque iterum res ad scripture iudicium redit, quam si quis digne tractauerit cedere non debet ut multipliciter in superioribus probauimus. Eam itaque si indigne uisum tractauimus, iudicari oportuit id quod nunc fecistis, sed omnia nostra hoc Satyricum redolent sic uolo sic iubeo sit pro ratione uoluntas. Contra uero si e

mente

mente Christi scripturam tractauimus, uestrū erit cedere &
à iurgijs ut dicitis contētionēq; desistere, & renascenti Chri
sto auribus animisq; fauere, patiq; ut neruus ferreus colli ue
stri, imposito iugo domini lentescat, nā si fronte uestra cnea
murum eneam de quo Hiere. 1. & 15. ca. impetu facto sub
ruere tentaueritis offēdetis & si lapis offensionis in uos ceci
derit conteret. Signate hęc obsecro diligenter, de maiori par
te supra satis dictum est.

Cum portum qualemcūq; cōtingere optatis, quid quęso
per hoc, qualēcūq; aliud significatis q̄ multos esse portus
non unum solum, quod an pium sit ipsi expendite, taceo
quod istoc uerbo uulgares quosdam portus contemptōsq;
singitis. Si tales estis quibus contradici non liceat, age certū
aliquem portum ac scopum ostendite. Sed scio quid uos pre
mat, controuersia est: Diuinis obtemperare an oporteat an
humanis. Hic inter saxum & sacrum statis, nam si dixeritis
humana cedere diuinis debere, cōcidit corbona cōciderunt
tituli, si humanis diuina, incidistis in sūmam impietatem.

Quid multa? num in hunc mundum uenit Christus ut por
tum qualēcūq; quendā ostēderet nō certum et indubitātū?
nonne dicit hominem in ybo dei uiuere, & se frustra colī do
ctrinis mandatiscq; hominum? nonne cum Apostoli dicerēt
& quomodo possumus uiam scire, respondit: Ego sum uia
ueritas & uita, si uia est cur non in eo p̄gitis, si ueritas cur nō
fiditis, si uita cur non in ipso uitam queritis, sed portum qua
lēcūq; singitis? Sexcenta possem ex Euāgelicis literis p̄du
cere quę huius uerbi impietatem arguerent, sed receptui cas
nam. Euangelium bonum letumq; gratię dei nuncium hoc
in primis adfert miseris mortalibus ut ad certum salutis por
tum manu perducatur, qui sine eo prorsus ignoratur. Hoc de
lepido isto moderatōq; qualemcūq;.

Quis est iste unus? an Christus? at in illo reconditi sunt or
mnes thesauri sapientię & scientię Col. 2. at ille factus est no
bis sapientia à deo, iusticia & sanctificatio & redemptio. Si
alius? nos alium deum nescimus preter hunc unum, quę tas

h iiii men

men multi non recipiunt nō sine salutis dispendio. Si homo aliquis iubeo uos securos esse, nam ut paulo ante per contētionem multis uobiscum egimus ne in hunc errorem incideretis quo opinaremini uobis omnino cedendum esse, ita nūc quoq; animati sumus, ut minime tutum existimemus in vrbā iurare magistri quātumuis docti, maledictus enī homo qui confidit in homine & qui ponit carn. brachium suum.

55 Si consilia fuerint saniora, sequenda nimirū sunt, quā non pendemus ab hominum consilijs sed à mente uoluntateq; dei, cuius uoluntatem si sciētes neglexerimus uapulabimur multis Luc. 12.

56 Concilia dixistis p consilia, nec uelim, id carptum esse, calumnię adscribatīs. Totus enim sermo uester adeo barbarus est & alienus ab omni orthographia, ut nisi de industria quędā dissimulari iussissemus ludibrio fuissetis maximo omnibus uel mediocriter doctis, hinc factum est ut dubitem lapsu ne an ignorantia concilia scripseritis p consilijs, totam enim istam pericopam si diligentius expenderitis, inuenietis non sine solecismo esse.

57 Sine animę iactura nemo Christum negligit, nam qui nō est cum Christo contra eum est & qui non colligit eū eo spargit, quemadmodū iam ad fastidium usq; audiuisse opinor. Pertinax autem tractus non fit aliorum sed ad Christū. Hi enim aliorum trahunt qui à Christo ad creaturam auocant. Porro quibus talentum creditum est, ociosis sterere non licet, sed assidua negociatione fatigari, ut ueniente domino rationemq; exigente audire mereantur, Euge serui boni & fideles &c. opportune importunęq; sūt ad cenam compellendi Luc. 14. sed quoniā in hunc locum incidimus cui uim quędam faciunt, dicentes: En Christum dicentem compelle intrare, igitur uī imperioq; premēdi sunt imorigeri, uolumus eum pro uirili excutere ne eo perpetuo abutantur. Primum itaq; uidemus seruum qui ad cenam compellebat solum esse missum, qui autem fieri potuisset ut unus numerosā multitudinem cogeret si id uī imperiosecq; tentandū erat ut istis placet.

placet: Deinde, nemo uolentia nititur aliquem ad cenam uel mensam impellere hoc enim nimis inciuiliter fieret, quauis quidam eo usque importunitatis in uocando procedunt, ut penulam etiam rumpant imprudentes tamen, Unde pro uerbum apud Germanos etiam tritissimum, natum est, scindere penulam, adhuc tamen omnia intra amicitiam fiunt non ex imperio, eo saltem quo isti cristam erigunt, tamen si amicitia ius quoque suum habet imperandi. Hinc patere puto quod in predicta parabola Luc. 14. compelle intrare non aliud signat quam si dicas, uehementer eos urge ut ad cenam ueniant, non enim uerisimile est eum qui negauit regnum suum esse de hoc mundo hic sui oblitum imperasse, ut increduli ad se cum imperio cogerentur, aut satellitum ui, sed inuitantium indefatigato odio, quemadmodum Luc. ult. hi duo discipuli quibus se Emaum euntibus sociauit eum coegerunt amico nimis uocandi more non ui quali eum traxerant iudei ad tribunal. Nunc ad uisam redimus, pertinaciter ad lucem trahendi sunt ij qui in tenebris errant, ac ad cenam compellendi, uerbis non uerbis, sic enim diuus quoque Paulus sentit. 2. Timo. 4. predicam uerbum, in ista opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni loganimitate & doctrina. Erunt enim tempus cum ij quibus aures pruriunt sanam doctrinam non ferent, sed secundum desideria sua accumulabunt sibi doctores, qui auditum a ueritate auertent, ad fabulas autem conuertentur audistis quibus cum sit opportune importuneque agendum? nec est quod possitis obijcere, nostra tempestate non opus esse importunitate, cum uideatis omne in precipiti uitium stare omniaque esse ad summam impietatem inclinata, summam enim impietatem puto cum a deo ad creaturam conuertimur, cum humana pro diuinis recipimus, diuinis neglectis aut etiam contemptis, adeoque neminem adhuc uidi qui pro dignitate flagitia taxauerit, sint licet aures adeo tenerent ut mordax uerum ferre diffidant, imo resiliant & uociferentur, non tamen ob id perpetuo illis indulgendum est. Et sunt contradicentes Euangelice ueritati fortiter sana doctrina reuincendi Ti. 1.

Pie errantibus donandum non nihil putatis, id quod ipse sen-
 tio, modo error sit pius. Piissimus error est putare non licere car-
 nes diebus quadragesimalibus edere, impiissimus error est po-
 pulo Christiano non indicare quae a deo sibi donata sint, ad
 hoc enim recepimus spiritum qui ex deo est, non spiritum hu-
 ius mundi. 1. Cor. 2. nam hoc pacto gratia dei abijceretur aut
 infirmaretur Galat. 2. impiissimus rursus error est dicere:
 Si sumus Pontifex animas simul omnes ad inferos detrahes-
 ret non tamen posse deponi uel corrigi, ad quem & confirmi-
 les nemo coniuere similis potest & pius esse, de quibus autem hic
 uobis est sermo puta erroribus ceremoniarum, audite quod Pau-
 lus dicat Ro. 14. imbecillem in fide adsumite, hoc est pie eum
 accipite, tractate, docete, non ambagibus opinionum circum-
 ducite. Habetis hic dare quod eos qui infirmi sunt, et qui firmi
 ores sunt non debeat mittere infirmos esse sed pia illos fidei
 doctrina accipere, quorum autem id esse putatis: robustiorum
 nimirum ac doctiorum, quales uos proculdubio uulgo estis
 mamini. Vestrum itaque fuerit in hunc modum formare ser-
 monem: O fortunati quibus tanta bona ultro offeruntur, fu-
 imus aliquando tenebrae, nunc autem datur ut fieri lux possi-
 mus deum benignitate, existimastis hactenus nos esse doctos,
 uerum id si quod fuit mancum fuit & languidum hoc enim quod
 adulterinum erat, metu malorum non fuimus ausi prodere, nunc
 cum se ueritas undique aperit, ubique occurrit, caute negligas-
 tis, sed eam unanimi consensu amplectimini ne dum alij cum-
 ctantur alij obsistunt alij perdunt, rursus elabatur & fiat po-
 steriora prioribus deteriora, nunc non dedit multum damni
 neglecta dei admonitio, aut consimilem. Nunc cum ita mor-
 dicus ceremonias tenetis ac defenditis, quid aliud quam ueritas
 tem moramini: uerbo absit inuidia. Ipsi enim ceremoniarum
 uim uestris uerbis extenuatis & tamen defenditis usque ad nes-
 scio quod tempus quae sine omni discrimine possent sana so-
 lum doctrina antiquari, id quod nihil secius fiet uobis etiam
 contra nitentibus. Quobrem syadeo ut quemadmodum aiunt
 Iulium Caesarem cum se iam uideret mortem effugere non posse
 dedisse

dedisse operam ut collectis uestium lacinijs honeste caderet
ita cum uideretis ceremonias labi propediemq; totas esse casu
ras laboretis ut q; comodissime cadant, hoc est, ne tam perui
caciter retineantur, sed confestim consulatur quo nã pacto
in umbrarum locum lux q; ocissime inducatur, q; fiet ut mis
seri mortales non modo amissis ceremonijs nihil tristentur
sed uehementer etiam gaudeant se lucem diu negatam inue
nisse. Sumã. Vinũ recens si in utres ueteres infundatis rum
pentur utres, sed & inconsuta Christi uestis panni rudis em
blema ferre neq; Mat. 9.

Cõmunem errorem ius facere, nescio an ullis permittã
incredulis ne dum Christianis. Christus enim errantes ho
mines ferre non potuit Mat. 9. Et Petrus gratulatur nobis q
paulo ante fuerimus ut oues errantes, nunc autem conuer
simus ad pastorem & Episcopum animarum nostrar. 1. Pe
tri. 2. Et uos audetis errori iterum patrocinari, uestris etiam
CANONIB V Sreclamantibus: di. 83. Error cui non re
sistitur adprobatur, & ueritas cum minime defensatur op
primitur. Videte quo uos ceca ducat malignitas, huc nepe
ut uestri uestrarq; doctrinarum obliti amplectamini friuo
la quedam nulli cordato ferenda, sed nolo hic stilum in uos
vibrare quantum digni essetis, satis superq; enim cuius pas
tere puto q; languide ne dicam iniquiter partes uestras & cõ
silia tutemini.

Que uero sunt ista noua dogmata? num Euangelium? at
hoc natum est annos iam. M. D. XXII. Num doctrina Apo
stolica? at illa paulo minor natu est Euangelio. Num Patri
archarum & Prophetar: at illa Sibillis etiã maior est. Qua
propter obsecro ut suo queq; nomine adpelletis quo ea caue
re possimus que tam sunt perniciofa, id autem hoc pacto tã
dem facturũ sumus, explorabimus omnia ad lapidem Euan
gelicũ & ad ignem Pauli, ac ubi Euãgelio conformia depre
henderimus seruabimus, ubi difformia foras mittemus, qui
ritentur licet ij quibus rei quiddã decedit non audiemus hos
Stentores, ac Sirenes obturata aure preteribimus. Deo ete
nim

nim obedire oportet magis q̄ hominibus. Sed quid ago q̄si non pateat que uos noua cēseatis esse dogmata?

61

Ut placet id uerbi regere ecclesiam dei, quod Actoz. 20. unde huc translatum est pro pascere interpres posuit nō sine sententię iniuria, sic enim loquitur Ephesioz. Episcopis Paulus: Cauete igitur & uobis ipsis & toti gregi, in quo spiritus sanctus uos posuit speculatores ut pascatis ecclesiā dei quam proprio sanguine acquisiuit. Ecce gregem ecce speculatores ecce concionem pascendā non regendā, ecce concionem nō hominis sed dei qd̄ eam proprio sanguine inuenerit. Quid tam arrogans uerbum usurpatis? pastores pascunt non resunt.

62

Quandoqd̄ autē sanguine Christi parta est ecclesia deo, Empti enim sumus precioso sanguine agni incontaminati, Christi scilicet. i. Pet. 1. Quid est qd̄ quidā nos contemunt q̄ de grege Christi sumus? ac non modo non Christianoz, sed ne hominum qdem loco habent, non contenti si benignitate nostra liceat sibi ociosis curare cuticulam nī pr̄sus ad seruitutem adigant, quod non mediocriter Pauli doctrinę aduersatur dicentis: Precio empti estis nolite serui fieri hominum. 1. Cor. 7. Quid inq̄ in causa est ut he indulgentię nūq̄ promulgentur, nempe qd̄ precioso Christi sanguine simus empti, sed fictis pollicitationibus omnia impleantur ad emungendam pecuniam cum hac una ratione ad gratiarū actionē amore inq̄ dei potentissime accendi poterimus, tacta mus qdem Christi sanguinem qd̄ pro nobis fusus sit, sed si quis eo fretus firmiter crediderit sibi perpetuo eius gratia deum ignoturum hunc mox hereticum pronunciamus. Constanter o uiri perseuerate in isto uerbo quod uobis siue de industria siue casu excidit est enim salutis uerbum. Christum scilicet ecclesiam sanguine suo parasse, quicūq̄ igitur id firmiter crediderit ex ecclesia Christi est ea quam suo sanguine parauit nā fides sola salutis causa est. Qui enim crediderit mortem non uidebit in eternum. Studete intra eam ecclesiam numerari que Christi sanguine respersa est, ut odio habeatis ecclesiam malignantiū. Quid uobis cū ea ecclesia que carnī in nititur

& san

& sanguini.

Si nihil immutandum est nihil notandum cur synaxis olim sub utraq; specie fieri consuevit secundum Christi institutio-
nem ac usum Apostolorum mutata est: uel potius mutilata: cur Episcopi munus in principis commutatum est: cur matrimonium uetitum: aliaq; sexcenta nouata sunt: reclamantibus Christo, Apostolis, communiq; iudicio: an potentiores estis deo: ut id uetare ausi sitis quod integrum Christus reliquit: aut sapientiores ut id quod deus per incogitatum neglexerit absoluatis: aut tam stupidi ut persuasuros uos autumetis liberis in Christo conscientijs ut quod per legem diuinam licere sciunt, licere non putent: etiam si ad rauim usq; clametis.

Quis uerba uestra paulo post temperetis in hunc modum donec illi quorum interest de ecclesie negotio conueniant &c. quod tum euenturum puto cum aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tygrim, persuasum enim uobis esse cupio quod hac nostra tempestate nihil minus sequituri sint contra mundioris Christianissimi adsertores, quam olim Iudei in Christum ipsum. Qui enim fieri posse putatis ut hi quorum laquearia nitent auro, mulæ gemis, satellites serico, ipsi his omnibus, modum ullum aut correctionem recipiant: Conuenirent quidem illi facile si liceret eis omnia ex sententia statuere sua non scripturæ, id quod mundus minime recepturus esset, qui iam ubiq; Euangelium adprobe doctus est (dicerem ferme magis doctum esse quam sum mos istos sacerdotes) neque ulla ratione ab ipso auelli potest, ac dum quiddam pronunciarum uideret non examissim Euangelio respondens nihil aliud quam ludibrium haberet eos qui super Moesos cathedram sedent & onera grauiora super humeros hominum ponunt, ipsi autem digitulo summo contingere ea nolunt. Hec inquam causa est cur non sperem unquam futurum ut concilia cogantur scripturæ paritura, nisi principum unanimis consensus id efficiat, quem tamen impedire quidam catuli ex nostris mirum quam belle norunt, dum prestigijs munerum, honorum, sacerdotiorum oculos eorum fascinant & spebus ludunt inanibus. Frustra igitur ab illis temperatam sperabimus sententiam.

Scripturam non modo ij quorum interesse dicitis conferre possunt, sed & ij qui deo eiusque ore fidunt, qui eius desiderio marcent, fieri enim potest, ut, si solito more Episcopi se ad scripturae cognitionem ingerant non communi generalique omnium consensu, omnes sint aut magna parte sacrae literarum rudes, quomodo igitur de scripturae locis obscurioribus, recte pronuntiabunt? Quod si maxime docti sint nonne fieri potest ut omnes simul hallucinentur, ac aliquis ex plebe rem recte calleat? (nec uolo frivolum istuc mihi ogganniatis, concilia errare non possunt, nam id nec uestri sine restrictione adseruerunt sed ita temperauerunt, Concilium errare non potest in his quae sunt fidei) nonne tam scripturae uis inferretur, nec ei quae recte sentiret liceret libere recte sentire, & lucis ueritatibus auidi cogerentur uersari in tenebris? Quod diuus quoque Paulus cauit. Cor. 14. statuens, quod Prophetarum duo uel tres loquantur & alij diiudicent, quod si alij quam Prophetis pura sedenti reuelatum fuerit primus taceat. Potestis enim inquit sigillatim omnes prophetare ut omnes discant & omnes consolationem accipiant, quem locum satis uobis patere puto. Videtis igitur quod cuiusque ordine quodam prophetare licet quo ueritatem scripturae omnes doceantur, ac omnes consolationem per dei uerbum capiant quod solum quietem prestare potest huiusmano desiderio. Volo hic obiter uobis cogitanda relinquere impudentiam cuiusdam scioli qui pro publica concione ausus fuit pronuntiare quod plebei non liceret nosse Euangelium nec legere sed solis ijs quibus id muneris mandatum esset sacerdotibus nimirum & magistris nostris culis. Huic utinam aliquis asininas addat Apollo, quod uel non meminuit uel non sciuit Christum dixisse Mat. 10. Quod uobis dico in tenebris dicite in luce & quod in aurem auditis predicare a tectis. Atque iterum predicare Euangelium omni creature. Verum obijciunt mox isti Gordium nodum, si sic nullis licet de scripturae ueritate certum quid pronuntiare nascentur errores innumeris, qui uis enim pro libidine sacris abutetur literis, Rustici, an non uidetis spiritum dei sibi ubique esse simile eundemque
semper

semper: qui & quanto quisque est humanarum inuentionū
indoctior, diuinarum tamen amantior tanto clarius eum do
cet, id quod probant Apostoli & stulta huius mundi que des
us elegit, & ut est spiritus unitatis concordie pacis non con
sentionis aut dissensionis, ita suggeret ut indoctissimi quique
modo pii sint, scripturam iuxta mentem dei que simplicissime
capiant, id quod propheta loel precipuit cap. 2. Effundam spir
ritum meum super omnem carnem (non inquit super puri
puratos tantum & mitra ornatos) & prophetabunt filij uestri
& filie uestre &c. Et in actis idem aperte manifestatum est
cap. 10. quod adhuc loquente Petro spiritus sanctus in rudē
Cornelii familiam inque ipsum cornelium cecidit, quo uiso
sensit Petrus spiritum sanctum non se adstrinxisse ut uel Iu
deorum solum esset uel Apostolorum non enim personarū
receptor est, iussitque eos mox aqua tingere. Cumque alij Apo
stoli factitationem exigerent, ut qui non nihil adhuc Iudaici
supercilij haberent putarentque non uulgo dissipandum quod cum
se actum esset, Respondit, post multa: Si ergo eandem gratis
am dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominū
nostre Iesum Christū, Ego quis erā qui possem prohibere deū?
Haud dissimiliter faciunt hac tempestate quidam, qui mox
ut pius aceruditus quis quod ex scriptura mundius clariusque
deprompserit in hec prorumpunt: Quis tibi hanc auctoritatē
dedit ut id doceres, hoc patrum tantum est, quasi imperio suo
iam terrere deum quoque possint ne quenquam animare ausit ad
recte docendum. Summa, Ea discordia que hodie triget non
aliunde puenire mihi uidetur quam hinc quod non totos nos permit
timus eius spiritui qui capillos capitis nostri certo numero
distinxit, apud quem pluris sumus quam uolucres cœli. Sed ad
nostra conuersi placita putamus nos à scriptura non claritas
tem accipere sed illam à nobis & diuine sapientie fontem ita
nostro imperio coercitum, ut neminem nisi per nos docere
possit, cum tamē securos iubeat esse suos, quod ad scientiā ora
tionisque fucum adinet, in ipso enim articulo adfuture spiri
tū qui omnia suggeret, quecumque Christus nobis dixit, cuius

cum doctrina quidam male feriat fratres patres non conten-
ti fuissent nec filii, ausi fuerunt meliora tradere tentare id quod
infortunatim nimis cessit, pro Christi enim doctrina colli cepit
Aristotelis, pro Apostolicis uiris creuerunt apostatici, pro frus-
galibus auari, pro pijs supersticiosi, pro simplicibus uasri &
hypocrite, donec tandem eo uentum sit, ut nec ius nec fas nec
coelestia nec diuina hos hedos a sinistra ad dexteram pertras-
here possint, doctrinam enim spiritus non solum imbibent, quia
si unquam recte fuissent imbuti nunquam huc loci uentum esset,
ut coelestem doctrinam nulli fortius ignorarent, quam qui eam
suo iudicio subiiciunt etiam, sibi quibus unius ius esse interpretans
diu contendunt. Itaque ut tandem finem non unius esse uide-
tis aut alterius de scripturae locis pronunciare sed omnium
qui Christo credunt, non enim ad mensuram dat deus spiritus
tum, sed is quem misit deus uerba dei loquitur Io. 3.

66

Preces fundere iubetis quibus iuxta satisfactionem placetur
deus, perinde ac preces precium quoddam sint quo debita pec-
catis nostris supplicia experientur, non quibus misericordiam
dei imploremus ne nobiscum intret in iudicium sed secun-
dum magnam misericordiam suam Misereatur nostri. Nam quod
ad precium pro abolendis supplicijs adinet non uos ignorare
puto quod Christus hostia pro nobis factus est ut multitudinis
exhauriat peccata Hebr. 9. & 2. Cor. 5. Eum qui non no-
uerat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur ius-
ticia dei in ipso, sed infirmius sit Pauli testimoniū nisi Chris-
tus idem apertissime dicat Luc. 22. Hoc est corpus meum
quod pro uobis datur, & paulo post: Hic est calix nouum tes-
tamentum in meo sanguine qui pro uobis effunditur. Vnde
nescio an impietatis excusari possint, qui suis precibus aut
operibus diuenditis etiam tribuunt quod solius Christi est,
quem coelestis pater pro nobis satisfacere uoluit ut hac libe-
ralitate ad se traheret eos qui nullis legis & ceremoniarum ope-
ribus accedere possent quod iterum Paulus Ephe. 1. cap. ius-
te clarius ostendit. In quo (inquiens in Christo scilicet) habemus
redemptionem per sanguinem eius, ea est remissio pecca-

torum

torum secundū diuitias gratiæ eius quā habundanter effudit
in nos in omni tum sapientia tum sensu, dum notum fecit no-
bis arcanum sui uolūtatis iuxta beneplacitum suū & cetera
Sed hæ præcum nundinæ uehementer faciunt *προσ τα ἀλφια*
hinc fit ut ueluti mercem exponamus nos qui hæctenus huius
iuscemodi hypocrisis gerrisq; Persicis loculos ditauimus ut
omnia tam promptuaria plena sint oues crasse, maceriæ nul-
la imineat ruina, cunctaq; fortunate incedant, si solū is mus-
tus esset qui aliquando dicturus, stulti, hac nocte repentur à
uobis animæ uestre & ea quæ parastis cuius erunt: *κεφάλαιον*
βαθολογία est si in multitudine orationis quis Ethnicorū mo-
re deum se speret propiciaturum Mat. 6. debemus nihilo mi-
nus sine intermissione orare, uideū importunitatem imitati
sed orationes non indicare, hoc est uenum expositis preciū
inscribere, hoc modo tantū ualentū uel tantum, id quod uer-
bum satisfactionis à uobis additum innuere uidetur, Sed to-
tos diuinæ bonitati permittere.

67
Vt inam eodem adfectu erga nos essetis quo iste quem cō-
filijs uestris autorem fecistis. Non ignorare uos arbitror q̄r-
sum actio nuper apud Senatum Tigurinum habita cecides-
rit, huc nempe ut Christiane sit insimulatiōi uestre occursum,
qd̄ cuiusdam legatorum ita doluit, ut egritudinem animi non
alia ratione consolari potuerit, q̄ si hac tam festiua parenesi
ad Capitulum missa, iterū rubore perfunderet, dum scilicet
sperauit futurum ut magna pars oculos in me torquerent ut
cui fabula ista narraretur. Hic adfectus paternus, uereor, uos
mouit ut pientissimum Præsulem ad id cōsiliij traheretis, nā
alia ratione haud factum esse cōstat, qd̄ sūmarium totius pa-
renesis cū superiore actione, idem puluis esse uideatur. Pa-
ternus adfectus paterne admonet, domum uocat, peculiaris-
ter monet, satisfaccientem filium benigne audit, non clam no-
cte concionem conuocat, non apud sacerdotum senatorūq;
ordinem traducit, sed peccantem semel atq; iterū dehortatur
iuxta Christi doctrinam Mat. 18. ac in finem contumacem
uix tandem cum moerore abijcit. Quod uobis tunc licebit
i iiii cum

eum errasse in aliquo Christi dogmate, sacrarum literarum instrumentis conuinceritis, nam alia ratione uincere non poteritis nisi forte ad uim conuerti placeat, tunc uobis tam obnoxius ero quam ouicula lupo, misit enim suos Christus haud aliter quam si quis oues in medium luporum emittat, at occidere potestis, fateor, potest hoc & latro, in carcere tenere, potest febris idem sed in lecto, torquere supplicijs uarijs, possunt hoc pestis & tormines alijque morbi. Quobrem dico edico uobis ut si Euangelicam doctrinam non recte nos docuisse uelitis adserere, id non minis non blandicijs non insidijs non cuniculis tentetis, sed sacrarum literarum aperto Marte publicoque congressu, quo scripturam sequamini ducem ac magistram non humana commenta, nam alioqui nihil plus effeceritis, quam Xerxes dum mare uibices ac pedicas ut putabat ferre coegit.

68 Ut in unitate sancte matris ecclesie maneamus. Te rogamus audi nos. Ut in superiorum hoc est magistratuu prioru obedientia maneamus. Te rogamus audi nos. Ut pseudepiscopos tantam humilitatem doceas qua se nec presides nec superiores sed iuxta Petri uerbum .i. Pet. 5. *omnes se subter se reputent*. Te rogamus, Ut tua eos luce illumines qua nosse queant ueram ecclesiam sponsam tuam. Te rogamus au. n. Ut fontem eis aque uie adperias. Te roga. au. n. A cisternis autem contritis quas effoderunt, que aquam uiuam non habent. Libera nos domine. Ab oneribus importabilibus que in humeros hominum imponunt, Libera nos domine. Ferre eos iube ac facere que docent, si alia ratione non possunt induci ut iugum tuum suauiter & onus leue sinat esse, Coge eos domine.

69 Sic enim fiet ut ecclesia tua pace tranquillitateque altissima fruatur. Vides enim pessime lesu aures eorum septas esse nequissimis susurronibus, sycophantis, luctronibus, pre quorum strepitu uocem tuam etiam si audiant agnoscere tamen non possunt nec ei morem gerere, istis obstantibus & eorum ingenuitati imponentibus. Vbi enim per uniuersam Diocelium Constantiensem tam unanimi consensu recepta est doctrina
tua

tua q̄ Tiguri: An ne in alio Heluetiorum pago (ut proh dolor sunt hec nostra tempora) maiorem pacem uidere licet? Adhuc tamen ausi sunt specie conciliandę pacis illic ubi nulla erat dissensio omnem mouere lapidem quo in bonum sensmen çicania fererent. Ipse enim nosti q̄ nihil opus fuisset tā splendida nuper trium doctorum legatione quam tamē tractio ad hoc Hugone non usq; adeo male de doctrina tua sentiente, subornare ausi sunt, tametsi ne iotam quidem cōtra legem tuam nos docuisse adserere potuerint. Et nunc quo nā animo ad nos scripserint non ignoras. Quā autem ad nos adtinet nihil opus est te uocare testem quo nā animo queq; faciā, ipse enim nosti q̄ longissime à teneris abfuerim ab omni dissensione & tumultu, nec tamen destiteris nos ad id muneris inuitum ac reclamantem trahere, q̄ obrem te nunc merito adpello ut bonum opus quod cepisti pficias usq; in diem domini, & si unq; q̄c̄q; minus dextere atq; oportet edificauero deiciās, si fūdāmētum aliud preter te iecero demoliaris, q̄ grex tuus spiritu tuo ductus & imbutus eō cognitionis ueniat ut sciat sibi nihil defuturū si te pastore & Episcopo ducatur & pascatur. Tu enim o fili dei protector es & aduocatus omnium in te sperantium, eos igitur si deserueris nomen tuum fastidio erit omnibus & contemptui, te enim haud aliter ridebunt atq; Iudei aliquando in cruce pendentem, dicent enim ecce iste cepit edificare & non potuit cōsummare. O igitur suauissima uitis cuius uinitor pater, palmites uero nos sumus, sationem ac edificationem tuam ne deseras, te enim ad futurę pollicitus es usq; ad seculi consumptionem, & iussisti ut securi essemus cū ad Reges & p̄sides duceremur, in ipso enim tempore spiritum patrocinatorum uerbacq; dictaturum, quo testimonium de te cogerentur q̄dam inuiti etiam audire. Da igitur sermonem rectum in os omnium qui gloriam tuam querunt & nomen sanctificant ut ea loquantur coram principibus mundi huius que tibi sit accepta & miseris mortalibus utilia. Ita enim fiet ut nos qui mutuo membra sumus & unū corpus in te uno perpetudq;

capite

capite, coeamus in unam sponfam tuam, quam Paulus uni
tibi desponsauit non habentem rugam neq; maculam, & de
seratur ea que aliud non est q; inquinaciones & macule, qd
nomen dei male propter eos audiat, Qui cum patre & spiritus
tu sancto uiuis ac regnas deus per omnia secula seculorum
Amen. .

Videbor uobis ut auguror plus equo omnia exasperas
se, hoc enim hodie habent plerq; Theologorum mentes cu
aulicis comune, ut nihil pium, nihil sanctum, nihil rectum
q; quod ipsi fecerint putent, nam si pronunciant, ratum esse
oportet, si damnant ferre, si calumniantur tacere. Tum fere
natura ita comparatum uidemus ut qui maxime leserunt ues
lint minime lesisse uideri. Qd si ipsi ita estis animati, non est
ut quicq; boni de uobis sperem, nihil enim aliud q; gritabis
mini, rem indignam fieri, gregarium Episcopum ausu esse
Episcopo suo obstrepere, nec boni consuletis hanc admonis
tiunculam qua uos ab irritando Episcopo dehortatus sum,
id qd me ne tantillum quide terrebit, sed nec qd iam ad con
tumelias conuersi pipilonem uappam aut sycophantam pas
sim adpellatis magis mouebit q; asinum imber, iam eni cur
tem ita contraxi ut hec tela prorsus contemnam, ac quod ad
rem adinet tam abest ut uobis cedam ut nisi quietem & ocis
um tum nobis tum nostris hoc est Christi ouibus permiseris
tis, longe sim uobiscum inciuilius acturus, nihil ueritus uel
ora ueltra uel supercilia, sacris dedq; allatis (ne id ignoretis)
agere mecum oportebit scripturis, nscq; minime tortis no ho
minum uanitate excogitatis, cominus non cuniculis cogre
di, nam insidias ut primum sensero prodam. Satis fuerit hac
uice ignotum esse qd pacem specie pacis turbare fuistis ausi
Si uero qd nolim in precepto instituto, nēpe nomini Zuino
glii parcedo, circūstantijs tamen omnibus prodere conando
ac traducere, maneat, ego nominibus uestris minime par
cam, sed nominatos in singulare certamē haud aliter ac Mes
nelaus Alexandrum prouocabo, & si per contemptum pro
dire

dire neglexeritis, inertiam orbi canam, sed diu meliora. Spes
ro enim qd' postea q̄ aculeos uestros didiceritis digne esse re-
turos non sitis bellum reparaturi sed animum ac manus deo
daturi, uidetis enim q̄ in foeliciter haecenus sint cū p̄js Euā-
gelicisq; uiris congressi n̄ qui humanas traditiones, somnia,
& ^{οὐδ' ἐπιγινώσκον} tumentur. Quod si, desuper datum erit ut resipi-
scatis, sciatis me ita uestrum futurum ut nemo sit amicitia
uestram uehementius ambiturus, nemo ad propugnandum
pro uobis audacius procururus. Deus optimus Maximus
faxit ut omnia omnium gentiu pectora diuino ita illustren-
tur iubare ut in una fide unum fiat & eum qui unus est per-
petuo possideat, Amen. Valet Ex Tiguro. 23, die Augu-
sti Anno. M. D. XXII.

Rumpant illa Episcopi uniuersi
Qui sunt nomine, re lupi uoraces,
Quod iam rursus in orbe ueritatis
Lux Euangelicę uetus refulget,
Atq; hoc, intrepidis trilinguibusq;
Missis Luciferis, deo magistro.
Imò (uerus enim Propheta dicam)
Quod horum imperium, tyrannidemq;
Quod clauis, Canones librum Simonis,
Parricidia conscientiarum,
Quod ista agmina mercium sacratum,
Bullas, fulmina, ^{Δεσποδαιμονία},
Verbum Euangelicum arduis triumphis
Ducit, perpetuòq; uicta ducet,
Qui sunt nomine, re lupi uoraces
Rumpant illa Episcopi uniuersi.

Conradus Grebelius in gratiam
reducis Euangelij.

